

BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII

4.226

Ignacy.

U. Muczkowski  
Myszkowski





V I T A  
GESTA, ET MIRACVLA,  
BEATI STANISLAI  
POLONI,

CASIMIRIA AD CRACOVIAM ORIVNDI,  
*Canonicorum Regularium Lateranensium S. Saluatoris,  
Ordinis D. Augustini, Viceprioris Conuentus Sa-  
cratissimi Corporis Christi Casmirie,  
Confessoris:*

Nunc primum in lucem edita, ad laudem Dei, & eius-  
dem Beati, aliorumque Sanctorum honorem,  
consolationemque Christi  
fidelium:

AUTHORITATE ILLUSTRIS: D. BER-  
nardi Maciejowski, S. Rom: Eccl: Cardinalis,  
Archiepiscopi Gnesnensis.



Cui in fine additus est Catalogus aliorum Polonorum eius-  
dem nominis Sanctorum, vitę, sanctitate, vel  
morte pro Christo fortiter obita  
illustrum.

Authore MARTINO BARONIO Iaroslaviense Clerico.  
Superiorum permisso,

CRACOVIAE;

In Officina BASILII Skalski, Anno Domini,  
M. DC. IX,

805

*double vid. LVII. B. 9.*

IN ARMA  
R<sup>MI</sup> D. D. STANISLAI SVLOWSKI  
Abbatis Finecensis.



STEMMATA qua video propius & virtutis auita.  
Virtus cuius viret? SVLOVI AE hercle domus.  
Illam quid decorat? verbi & constantia facti,  
Ancadethisce? tenent STEMMATA pulchra pedem.  
M. BARTOLOMEVS WRZESNIA.

XVII - 4226 - III



PERILLVSTRI ET REVERENDISSIMO  
 IN CHRISTO PATRI DOMINO,  
 D. STANISLAO  
 SVLOWSKI.

Diuina prouidentia Abbati Tinecensi, Ordinis Sancti Benedicti ac Canonico nato Cracouiensi dignissimo,  
 Salutem & perpetuam felicit.



Ntiqui illi, Reueren: D. graues ac docti viri, sed à veri Dei casta religione alieni, plurima de suis diis, quos habuerunt, & coluerunt falsos, ad posteritatem volumina transmiserunt, quod eos non temeritate plula, sed in Deos pietate fecisse compertum est. Videbant enim, imò sentiebant, non tantum hanc inferioris machinam orbis, sed illam quoque supernam, non aliquo casu, sed nutu ac voluntate sancti numinis gubernari, & inspirari. Hinc atq; de natura Deorum, alij de multitudine, alij de laudibus multa conscripserunt. Hesiodus numerum comprehendit, naturam M. Tullius Princeps & miraculum latine lingue facundè expressit, Orpheus & Homerus laudes cecinerunt. Volebant scilicet hoc modo gratitudinem & pietatem in Deos testari, & reliquos homines ad similia facta exemplo suo concitare. Nec iniuria sanè. Quanto enim maiora quispiam beneficia percipit, tantò plura benefacienti iure debet. At unde queso mortale genus plus beneficentiæ hausit, quàm ex ipso fonte? Meritò itaq; Deos prædicarunt, & animi sui vota libris in memoriam perpetuam condiderunt, siquidem veri Dei cognitionem eos habere non licuit. Quòd si hoc illi tanto studio, cura, diligentia, labore, contentione, facere uixi sunt, quantò magis nos, qui verum Deum, rerum omnium opificem & architectum agnoscimus, facere debemus?

Dij enim gentium homines aliqua virtute clari, & se penumero vicio deformati  
turpissimo extiterunt. Proh scelus homines diuina manu conditos Deo ter  
Opt. Max conditori adaequabimus? Quae est comparatio lucis ad tenebras? An  
etiam scelus virtuti praefereatur? Quis autem est sana mente, qui Deum satis lau  
dare queat, vel adorare nolit? Quod cum aliquis sese abunde arbitretur praes  
stitisse, tum demum parum vel omnino nihil fecisse sciatur. Tanta enim est maie  
stas Diuini numinis, ut eam nullus animo concipere, nullus dignis laudibus ex  
tollere, nullus voto pari possit colere. Sed tamen homines niti ad laudem praes  
potentis Dei, pro viribus decet. Non igitur Deus verus, cum Dijs falsis com  
parari debet. Etsi eos homines qui sancte semper vitam suam traduxerunt, &  
in beatarum numerum mentium inferi meruerunt (quos etiam sacra scriptura  
Deos non dubitat appellare) ipsis Dijs opposuerimus, profecto maiori laude di  
gnos comperiemus. Hos enim Deus honorauit, hos miraculis comprobauit,  
hos a labe sceleris praeseruaui, hos in lucem ceteris esse voluit, hos amicos suos  
fecit, hos denique patria caelesti beaui. Hi non vna virtute, sed multis praes  
stantes & omnibus vicij expertes constanter vixerunt. Eorum laudes canere, nu  
merum describere, mores, vitam, naturam, res gestas, celebrare longe conue  
nientius, semper existimaui. Vnde cum annis praeteritis essem Romae, Catha  
logum Sanctorum in animam induxeram colligere, non quidem omnium: id eo  
nim instituti mei ratio non exigebat, sed eorum tantum, qui Patroni post De  
um tutelares Regni Poloniae vtriusque sexus habentur. AEquum enim est in  
Polonia, Beatos a Polono ordine certo definiiri, & de his, pro modulo ingenij  
propter aliorum edificationem bene mereri. Ad quam rem Pontifex Beatissi  
mus Clemens Octauus, & Illustriss. D. D. pie memoriae Bernardus Macieio  
ski, Cardinalis tituli Sancti Iohannis ante Portam Latinam Archiepiscopus, Gnesnen  
suis Priuilegijs mihi calcar addiderunt. Insuper Sereniss. D. D. Sigismundus  
Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, eo plus crexit. Quod opus Romae ince  
ptum Cracouiae deinceps magno labore fini, & studio extremam imposui ma  
num. Sed quoniam desidia secum crimen trahit, ne otio torpere videar, quem de  
inceps laborem susciperem, cogitaui. Et illud quidem in mentem venit nomen  
Stanislii, quod merito Polonicum est, siquidem ex vernacula lingua Sarmatarum  
ipsius origo deducitur, laudibus seorsim condecorare. Cuius nominis cum non  
pauci Sancti in Polonia florissent, eosdem in vnum eodidem libuit compinge  
re. Namque praeter illum qui nobilitate ex gente Scepanouiorum Episcopus Crac,  
Martyr



PRÆFATIO.

Martyr gloriosus fuit: Stanislaus Hosius vir pius, ac verè sanctus, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Varmien: Episcopus, magnâq; scientia præditus, demum in Concilio S. Tridentino ferè Princeps, nostra memoria vixit. Quid in eo magis laudem, doctrinam, an sanctimoniam, hauri inuenio. Iam verò Stanislaus ex stirpe inclita Costkorum, Societatis IESV, quantum fulget. Is non tantum Romæ, in Italiæ aut Poloniæ partibus, aliisq; provinciis finitimis miraculis claret, verum in orbis noui regionibus Indiciis inter Barbaros eius nomen multis prodigijs sonat, & plerosq; gentiles ad fidem Christi conuertit. Quid de te Stanislae Casimiriensis loquar? Qua te laude sub astra veham? Tu enim Canonicus Regularis S. Augustini Casimiræ penes Cracouiam fuisti. Tu in vita miraculis claruisti, nunc etiam post fata splendescis. Tu in Cathologo primum obtines locum, quia necdum es à quoquam celebratus, nec longè abesse ab vrbe voluisti. Hoc ego opus perfectum non sub alterius auspicijs in lucem prodire, quàm sub tuis Reuerend. Abbas decreui. Cui enim D. Stanislaos quàm Stanislaio Polonos, quàm Polono, plerosq; Nobiles, quàm Nobili offeram? præsertim quòd religio tua pietasq; in Deum, Sanctos, ac patriam pateat vniuersis. Liberalitas verò tanta est in pauperes, religiosos, adeoq; omnes, vt soli videatur addere lumen, qui verbosus hac in re cupiat esse. Qualis in Canonicatu Crac. vixeris, quantò seruore in Deum & Sanctos arseris, quàm fidem Regi probaueris, omnium testimonio constat. Proinde Sereniss. Rex & publico muneri te præfecit, & Abbatis officio præstantissimo dignum esse censuit. Accipe itaq; hoc munusculum & opusculum, exiguum quidem, sed ab animo excelsò profectum. Accipe Stanislaum Casimirien. vel imprimis, alios deinceps, & indigetes Sanctos, quod facis, amplectere. Me autem clientem, velis esse tuum, oro. Ego dum tuam, ijs, quos descriptos nunc offero, te semper commendabo, vt eorum subsidio apud Deum, hic feliciter viuas, & vitam sanctè, hominum sanctorum exemplo transigas. Futurum ita, vt mercedem, quam illi consecuti sunt, obtineas. Vale Abbas dignissime. Dat. Crac. domi Reuerendi Domini Hieronymi Reczyski, Archidiaconi Crac. iij. Idus Septemb. 1609.

Perillustri & Reuerend.  
Cel.itud. vestre

deditissimus

Martinus Baronius  
Iaroslauicus Clericus

III<sup>m</sup> enim centium 1. . . . .

✠

Omnia iudicio Censuræ ac au-  
thoritati Sanctæ Romanæ & Ca-  
tholicæ Ecclesiæ, pro qua & in qua  
militamus, & Sanctissimo eius An-  
tistiti PAVLO Quinto Pontifici  
Maximo, cui nunc ille pie & fan-  
ctæ præest, subiecta esse volu-  
mus. Cuius benedictioni, no-  
strosque conatus commendamus  
feliciter.

✠

DIVVS STANISLAVS HOSIVS

*Polonus, Cardinalis & Episcopus Warmiensis, libro I.*

*Confessionum cap. 58.*

**N**on ignoratis Apostolos vestros Polonos,  
Sanctum Stanislavum, & Sanctum Adalbertum  
Episcopos, quorum admirabilis  
vitae sanctimonia, toti orbi testata, quod  
illi nobis Sanctum Euangelium sanguine  
suo signatum reliquerunt, quod miracu-  
lis propagarunt, Ecclesiam Dei Catholi-  
cam, ac fidem nos Christi Catholicam  
docuerunt. Non Lutherus, non Calui-  
nus, non Bucerus, non Stancarus, ne-  
que vnus ex Haëreticis; sed Patroni no-  
stri sancti nos fidem Catholicam docue-  
runt, non extranei, sed Poloni.

Folio 206, & 396.

Reuisa & examinata est ab his Reueren-  
dis Patribus. Inprimis:

A Reueren. Patre fratre Stanislao Vierzbicki, Generalis totius Reli-  
gionis Canoniorum Regularium, sanctæ Mariæ de Metri, de poenitentia be-  
atorum Martyrum Diui Augustini. Cracouie

A R. Patre Fratre Stanislao Maniecki, Ordinis Canoniorum Regu-  
larium Beati Augustini, Præposito Ecclesiæ Corporis Christi Casimirie.

A R. Patre Fratre Stanislao Vilico Romano, Ordinis sancti Pauli primi  
Eremitæ, Priori Pinczouicnsi.

A R. Patre Fratre Stanislao Tarczowski, Ordinis Eremitarum, sancti  
Augustini edituo sanctæ Catherinæ Casimirie.

Ac per Reuerend. Dominum Patrem Andream Schoneum, S. T. & Iu-  
ris utriusq; Doctorem, Vniuersitatis Cracouien: Generalis studij Rectorem ap-  
probata, inque lucem vt ederetur permissa.

## AD LECTOREM,

Candide Lector, hæc fideliter extra-  
cta ex Cathalogo Sanctorum & Beato-  
rum Regni Poloniæ Patronorum, Romæ  
a Magistro S. Apostolici Palacii approba-  
to, & Cracouix Anno 1603. reuilo, boni  
consule, quæ aliàs citó Latino & Polonico  
sermone edita Deo volente habebis.

Vita,

# Vita, Gesta, & Miracula, BEATI STANISLAI

EX CASIMIRIA CRACOVIE: ORIVNDI

*Ordinis Canoniorum Regularium, Lateranensium S. Sal-  
uatoris, Ordinis S. Augustini, ac Viceprioris Conuen-  
tus Sacratiss. Corporis Christi, Casimiræ.*



## BEATUS STANISLAVS

Polonus, originem suam duxit ex Casimiria, quæ est contigua Cracoviæ Ciuitas, honestis B. Stan-  
prognatus, parentibus, pietate que conspicuis. *nislai pau-  
patre Matthia Soltys cognominato, textoriæ rentes.*  
artis professo, ac Consule Casimiriense: matre

verò Hedugi fœmina deuotissima, natalem eius illustrem effecit. Solennis apud Polonos dies, translatione corporis Sancti Stan-  
slai Episcopi & Martyris, ex templo supra martirium exedifica-  
to, ad augustiorem Cathedralis Arcis ædem, in eo statim à primis  
in cunabulis, mira quædam pietatis ac religionis semina emicu-  
erunt: Nam quamprimùm per ætatem licuit, Academiæ Craco-  
uensi, bonarum artium ac disciplinarum gratia à suis commen-  
datus, tantos ibidem tamque stupendos progressus breui tempo-  
ris spatio fecit, vt omnes æquales ac coætaneos suos, multis  
post se parasangis, cum admiratione hand modica præcepto-  
rum dereliqueret. Pulchram autem à Deo animam nactus  
animaduertens, haud tuto scorpionibus cohabitari, religiosum  
vitæ genus, sub Regula Sancti Augustini, apud Canonicos Regu-  
lares Lateranenses, magna animi cum auiditate amplexatus est,  
pauperiem Christi, vanis ac fluxis mundi pollicitationibus pruden-

*Natus an  
no 1433.  
17. Sept.*

*Acade-  
mie Cra-  
coviensis  
studiosus*

B

dentur

Matt. 5<sup>o</sup> denter anteponens. In consortium itaque seruorum Dei receptus tanquam lucerna supra candelabrum posita, vitę sanctimoniam, abstinentiam victus, multaque reliquarum virtutum luce, ita subitò splendescere cepit, vt superioribus virtutibus eius impulsus sine mora illum, primò in ordinarium verbi diuini apud Conuentualem Ecclesiam suam præconem, paulò post quoque sacerdicatorem, paginę ad fratres suos Lectorem publicum, ac denique ita vrgentibus maximis eius meritis in Vicepriorem Conuentus Corporis Christi, vnanimi consensu adoptarent. In quo dignitatis gradu constitutus, quàm vberem messem animarum, tum ignitis ac zealous concionibus, tum sancta & exemplari vita, apud conciuos suos collegerit: dici vix potest, nec enim ita in procliuu positum reor, exactum in via numerum eorum, qui doctrinam ipsius sanctaęque conuersatione, ex scelerum ac flagitiorum latronis extracti, ad salutarem pœnitentiam, veramque vitę emendationem traducti sunt. Ea quippe præpotentis Dei gratia, super illum luculenter irradiabat, vt omnes amabili quadam ac periucunda morum ipsius suauitate illecti, eum tanquam communem parentem, plusquam filiali affectu prosequerentur. Hinc factum vt quotquot essent, tum vitę instituto, tum morum consonantia ipsi persimiles, minime sese à calore amicitię eius abscondere valerent, qui in subitò dexteris illi concederent, sanctaęque laborum ac consiliorum communionem, ipsum ad opus Euangelii instantius perurgendum fortiter instigarent. Inter quos Sanctitate præcipue extiterunt: Primus B. Simon de Lipnica Ordinis S. Francisci de Obseruantia minorum, qui decem mortuos vitę restituisse creditur, Cracouię in templo fratrum suorum quiescens. Alter Beatus Michael Gedrucius Canonicus Regularis S. Augustini, Ordinis S. Marię de Metri de Pœnitentia Beatorum Martyrum multis itidem miraculis clarus, ac quatuor mortuorum resuscitator percelebris ad S. Marcum à fratribus sui Ordinis honorifice

norificè conditus. Tertius quoq; Beatus Ioannes Cantius Aca- B. Cano  
 demix Cracouiensis Professor, ac Sacrosanctæ Theologiæ Do- tius,  
 ctor, viginti sex mortuorum resuscitator magnificus, apud S.  
 Annam Academiæ templum decenter satis tumulatus. Quar- B. Swoe  
 tus deniq; Beatus Suentoslaus Mansionarius, exequutor testa- toslaus,  
 mentorum, cui adhuc in viuvis agenti in Ciuitate Slawkow,  
 Sanctus Stanislaus Episcopus & Martyr apparuit: cuius reliquix  
 similiter Cracouiæ in æde Diuæ Virgini Sacra, ad forum religio-  
 sè venerantur. Quintus Beatus Esaias Cracouiensis, Sacre The- B. Esaias  
 ologiæ Doctor, Ordinis S. Augustini Eremitarum ad S. Cathe-  
 rinam Casimiræ, duorum mortuorum resuscitator, & plurimo-  
 rum infirmorum sanator proficuus. Sed vt vnde digressa est mea  
 reuertatur oratio. Beatus hic Stanislaus noster supra reliqua-  
 rum virtutum cumulum, mira insuper solertia, & vigilantia præ-  
 ditus fuit, quoq; se ab humanis laudibus occultaret facilius, no-  
 etu singulas infirmorum fratrum cellulas adibat, & benedicens  
 ipsis signo Sanctæ Crucis in osculo pacis, ac solatia spiritualia  
 sanctaq; monita iisdem impertiens, subinde hæc & similia repe-  
 tens verba. Fratres charissimi, oportet nos per multas tribulati-  
 ones introire in Regnum cælorum, necessaria quoq; si opus erat  
 oportune ipsis ministrabat. Eandem quoq; consuetudinem in Acto. 14.  
 visitandis secularibus ægrotantibus, haud segnius vsurpabat,  
 omnibus enim debitorem se arbitrabatur, nulli quantum ab  
 iplo erat subtrahens viscera compassionis, ac vitæ documenta  
 salubria. Nocte indutus cilicio nuda humo incubans, somnum Gen: 28.  
 capiebat, supposito capiti loco cervicalis saxo durissimo: breui  
 degustato somno, iterum surgebat ad pernoctandum in oratione  
 sancta, Deique iustificationibus sese exercendum instantius. Di-  
 ebus quoque solenni ieiunio ab Ecclesia dicatis, frequenter con- Judith 4  
 spectus fuit, abiecta tunica ac cucullo sacco tantummodo indu-  
 tus incedere, integram hebdomadam bina solummodo refectio-  
 ne,

ne, in pane hordeaceo, & aqua frigida terminare diem suum quotidianum, residuum pauperibus larga manu interim distribuendo. Tam rara vigilantia præditus fuit, ut nocturnas fratrum vigiliis vnus omnium semper anticiparet; nonnunquam quinquagenos, sæpè etiam integrum ex ordine Psalterium, ante Matutinas expediens. Cibum non nisi flexis genibus ac Oratione Dominica pro-vivis ac defunctis recitata capiebat: spiritum suum assiduè sepebat meditatione sancta, statuens si in conspectu Domini & B. Marię virginis, cui singulari quadam deuotione addictus erat. Hinc cùm aliquando in Ecclesia Sancti Stanislai loco vbi Martyr Christi pro veritatis & Ecclesię Dei defensione trucidatus fuit (habebat enim hoc in more positum, ut singulis feriis textis quoad viueret, sepulchrum Christi Martyris deuotè visiteret) insolito quodam spiritus impetu correptus, preces suas feruentius perageret, meruit videre gloriosam Virginem Mariam, puerum Iesum brachiis suis claudentem, stipatam glorioso Episcopo & Martyre Stanislao Pontificalibus solenniter induto, concomitante insuper innumerabili Sanctorum cohorte, in hæc verba eum compellantem: Gaudeo fili Stanislæ, de insigni isthac deuotione tua, qua me vnà cum Sancto Stanislao Patrono tuo, indefinenter prosequeris. Ideò tibi dico, viriliter age, & esto robustus: te enim vnà cum Sanctis meis merces copiosa expectat in cælis, hisq; dictis disparuit. Ex qua die ita strictè silentium obseruare visus fuit, ut à Completorio vsque mane alterius diei, nonnisi prima peracta, nullus vnquam ex ore ipsius elicere potuerit, qua absoluta, Causarum audientię se dabat, aut si ab his vacare contingeret, vsq; dum missę tempus appropinquaret. Eloquiis Dauidicis solitarius cum Deo confabulabatur. Quotiescunq; sacro Sanctis Altaribus assistit oblationem peracturus, nunquam homini verbum locutus noscitur. Sacra Synaxi peracta, aut labori manuum se dabat, aut de scri-

pturis.

u. Tessel,

cap. 1.

u. Co. 14.

Psal. 26.

Psal. 101



CONFESSORIS CASIMIRITANI.

19

pturis Sacris cum sibi charissimis fratribus conferebat. Hisq; & <sup>Ad Eph.</sup> similibus Sanctis exercitiis deditus, neququam tamen consue- <sup>4.</sup> tum prædicandi munus intermittebat, docens, increpans, obsecrans, cum multa humilitate & patientia. Verba autem ad populum faciens, hæc inter alia frequenter iterare solebat. Tu qui missam audis, & à sine recedis, nulla merces datur, quia laus Diuini Officii in fine probatur. Deniq; multis pro Christi nomine exantlatis laboribus, tandem in grauem infirmitatem incidit, quam ob exhaustas nimia abstinencia, ac vitæ rigore vires de die in diem magis inualefcente, à Domino se ad requiem vocari hand obscure persentiens, ingenti lachrimarum imbre effuso, diuinæ sese misericordiæ ac protectioni feruentissimis precibus commendare cepit. Cui ita in oratione posito, subito apparuit Dominus & Saluator noster, vna cum gloriosissima virgine Maria ac multis aliis Sanctis Regni præsertim Poloniæ Patronis, blande illum hisce verbis compellans. Surge & festina fili mi Stanislæ, hodie enim mecum eris in Paradiso. Quo exoptato nuntio percèpto, subito de lectulo sese proripiens, sine mora Sacramentis Ecclesiæ præmuniri voluit, quibus ritè & ex ordine summa cum deuotione perceptis, conuocatis fratribus suis in Christo charissimis, pacisq; osculo salutatis, erecta manu eisdem benedicens, manusq; singulis imponens in hæc verba iisdem valedixit. Benedicat vos Dominus Deus noster. Pater & Filius & Spiritus Sanctus Amen. & det vobis suam sanctam pacem, Charitatem perfectam, Conuersationem sanctam, & pios mores, insimul omnibus, in secula seculorum, Amen. Quibus dictis prostratis in terram genibus, manibusq; in formam Crucis expansis, fixis in cælum oculis Castissimã animã Deo cõmendauit. Vltima verba hæc emittens: Domine Iesu Christe Fili Dei viui. In manus tuas commendo spiritum meum, sicq; animam Domino Deo reddidit, 1489. Iunij 7. Sepultus

Luc. 22.

Luc. 24.

Psal. 66.

3 Reg. 8.

Actu. 7.

B 3.

est.



est cum summo honore & timore Domini, cum gaudio & letitia omnium non sine Miraculis ibidem Casimiræ in Ecclesia sacratissimi Corporis Christi apud suos fratres &c. Incidit eius obitus, in Tempora Leonis Papæ X. Maximiliani primi Romanorum Imperatoris. Casimiri 4. Regis Poloniæ, atque Friderici, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Episcopi Cracovien-  
 Exempla. s. Friderici, & Archiepiscopi Gnesnensis; eiusdem Casimiri 4. Regis Poloniæ Filii. Cuius Sanctæ Vitæ exemplo, in eodem Monasterio fratres eiusdem Ordinis, in Sancta perseverantia viuunt, die & nocte humiliter Deo seruiunt, pro viuis & defunctis orant, perpetuum silentium cum magna humilitate obseruant, contemplationibus diuinis, ieiuniis, disciplinis, secundum præscriptum Regulæ Diui Augustini, corpus suum lacerant, singulis diebus pauperibus ad eos confluentibus hilariter, largam Eleemosinam distribuunt, Ecclesiam Dei docendo, Confessiones excipiendo promouent, plurimos studiosos alunt, vt ex his Seminarium perpetui cultus Diuini habere possint, mercedemque à Deo sempiternam pro meritis suis recipere in die iudicii Dei expectant.

Cuius Epitaphium in sepulchro ipsius, ex antiquo & oblitterato caractere ea qua potuimus fide collegimus, & suis numeris reddidimus.

Hoc conclusa latent Diui Patris ossa sepulchro:  
 Stanislai hac Casimiria de gente creati,  
 Cuius erunt meriti miranda æterna tropheæ.

*Latatusque est populus, cum vota sponte promitterent; quia corde toto offerebant ea Domino Deo.* 1. Paralip: 29.

Sequun-



Sequuntur miracula, quæ Deus operatus  
est per merita pij & Beati eiusdem Patris  
Stanislai Confessoris Casimiriani.

PRIMUM MIRACVLVM.



**I**N Ciuitate Casimirienſi, quædam formina  
nomine Regina, vxor Clementis nigri tex-  
toris, fluxum ſanguinis & aliam infirmita-  
tem fœmineam, longo tempore paſſa fuit. *A fluxu  
ſanguinis  
ſanatur.*  
Et cùm illa diu iaceret, apparuit ei Beatus  
Pater Stanislauſ, conſolans eam, atque di-  
cens: Cur hîc iaces in tua infirmitate? Va-

de igitur ad ſepulchrum meum, & ibi continuo recipies ſanita-  
tem: & dic fratribus meis, vt tegant ſepulchrum meum tapete,  
quæ protinus adiit ſepulchrum, & ibidem flexis orans genibus,  
continuo integram recepit ſanitatem.

SECUNDVM.

**I**N eadem Ciuitate, in Monafterio Canoniorum Regularium  
Ordinis D. Auguſtini, fuit quidam frater conuerſus, nomine  
Nicolaus, qui valde in graui infirmitate iacens, de ſanitate pror-  
ſus iam deſperabat. Iacenti igitur ſemel in lectulo ſuo, apparuit *A graui  
infirmitate  
liberatur.*  
ſibi Beatus Pater Stanislauſ, in optima rubea cappa, geſtans li-  
bellum pulcherrimum in manibus, & ſalutans infirmum, agebat  
ad eum: Noli deſperare de ſalute tua, quia ſanaberis, & adhuc  
fratribus tuis ſeruiſ. Cùmque ille euigilaret, ſtatim ſanum ſe  
inuenit.

TERTIVM.

**I**N eadem Ciuitate, quædam fœmina, nomine Anna, coniunx  
Stani-

*A graui infirmitate liberatur.* Stanislaus Crausz, in magna infirmitate ac debilitate iacens, & iam non sperans vltiorem vitam suam, Sacramentis Ecclesie iam præmunita. Igitur vlr eius recolens merita beati Patris Stanislai, deuouit eam ad sepulchrum eius, cum Missa, lumine, & camisia, pro signo sanitatis: & cum votum emisisset, statim sanitatem recepit.

## Q V A R T V M.

*A lesio ne corporis sana tur.* In eadem ciuitate Stanislaus filius supradicti Stanislaus Crausz, ex quadam lesione corporis sui magna infirmitate pressus, & iam agonizans. Igitur cum mater ipsius eum deuouisset ad Sepulchrum beati patris Stanislai cum Missa, lumine, & insignio cereo: mox cum votum emisisset, conualuit.

## Q V I N T V M.

*A magna infirmitate sana tur.* In eadem ciuitate, quidam adolescens, nomine Ioannes, filius Venceslai Wyka Lantonis, in sua magna infirmitate iacens, iamque penè agonizans: cuius mater, recolens meritum, ne chon sanctitatem beati Patris Stanislai, deuouit eum ad Sepulchrum ipsius, cum Missa ac candelâ, & quod ad modum crucis deberet iacere supra Sepulchrum ipsius, per illam integram Missam, statim sanus effectus est.

## S E X T V M.

*A graui infirmitate sanatur.* In eadem Ciuitate, quædam mulier nomine Agnes, coniunx Michaelis Galhorlanonis, in magnis infirmitatibus ac debilitatibus, cursum vite sue faciens; ita vt iam haud exiguam summam in medicos & antidote expenderet. Ipsa videns ac audiens, quomodo Deus præpotens, per merita Beati Patris Stanislai, multa signa, & multos homines sanat, votum fecit ad Sepulchrum Beati Patris, cum Missa & candelâ, & statim cepit melius habere, conualuitque illico. Sed quia hoc miraculum, quod Deus per merita istius beati Patris operatus est celauit, & illud non mani-

## CONFESSORIS CASIMIRITANI.

17

manifestavit, ideo propter illam ingratitude in pristinam  
 cecidit infirmitatem, sed cum spondit quod illud miraculum  
 vellet publicare, & votum primum repetere, statim convaluit.

### SEPTIMUM.

**I**N Ciuitate Casimiriensi, quædam mulier Margareta nomine,  
 vxor Felicis Consulis, in magno dolore existens, & opilatione  
 pectoris, ita quod vno die, quasi semimortua ad lectum  
 delata fuisset. Igitur ipsa voto facto, ad sepulchrum B. Patris  
 Stanislai, cum Missa ac signo cereo statim post emissionem  
 voti convaluit.

*A dolore  
 pectoris  
 liberatur*

### OCTAVUM.

**I**N eadem Ciuitate, quædam mulier nomine Catherina, con-  
 iunx Andree calui Sartoris, magnum oculorum dolorem  
 passa fuit, ita vt præ dolore modicum videre potuerit. Quæ  
 voto facto, ad Sepulchrum beati Patris Stanislai cum cereali  
 & oculis cereis statim convaluit.

*A dolore  
 oculorū  
 sanatur.*

### NONUM.

**E**Xtra muros Casimirienses in Podbrzezie, quædam femina  
 nomine Catherina, vxor Nicolai piscatoris, in tam magna  
 infirmitate & opilatione posita erat, vt iam spirare non potuit:  
 Sed cum quædam bonæ matronæ eam deuouissent ad Sepul-  
 chrum beati Patris Stanislai cum Missa & candela, in instanti,  
 reuersa ad seipsam convaluit.

*A magna  
 infirmitate  
 sanatur.*

### DECIMUM.

**I**N Ciuitate Casimiriensi quædam vidua nomine Dorotea reli-  
 giosa Paczoska sutoris, magnum dolorem, longo tempore,  
 cum tumore in cruce ac in toto pede passa fuit. Similiter etiam  
 magnum dolorem oculorum. Et illa recolens meritum & san-  
 ctitatem beati Patris Stanislai, votum fecit ad Sepulchrum ipsius

*A dolore  
 pedis li-  
 beratur.*

C

cum

cum pede atq; crin licereo, & quàm cito votum adimpleuit,  
in vtroq; sana effecta est.

## V N D E C I M V M.

*A dolore  
brachij sa  
natur.* **I**N eadem Ciuitate, quædam vidua nomine Margareta de do-  
mo Poclaryn, tam acerbum dolorem brachij passa fuit, vt  
nec laborare nec dormire potuit. Igitur pro sanitate sua, vo-  
tum fecit ad Sepulchrum beati Patris Stanislai, cum brachio  
cereo statim conualuit.

## D V O D E C I M V M.

*A magna  
infirmi-  
te cura  
tur.* **I**N taberna contigua villæ Lagiewniki, quidam tabernator  
nomine Stanislaus cognomen o Chudy, in tam magnam &  
validam infirmitatem incidit, vt iam vlterius se superuicturum  
nequaquam speraret. Igitur cum iam Sacramentis Ecclesiæ  
procuratus fuisset, iamq; omnibus ad sepulturam necessariis  
preparatis, venit quidam Sacerdos consultum sibi volens, vt  
pro sanitate recuperanda, votum faceret ad Sepulchrum Diui  
Patris Stanislai cum Missa ac candela. Quod cum fecerat, sta-  
tim sanus effectus est. Et hoc idem Sacerdos testatus est,  
qui eundem tabernatorem sequenti die post votum suum visita-  
uit, & eum in campo laborantem inuenit.

## D E C I M V M T E R T I V M.

*A dolore  
oculorū  
liberatur* **I**N Ciuitate Casimiriensi, quædam femina nomine Catherina,  
uxor Ioannis Krawa Ianionis, ita magnum in oculis defectum  
patrebatur, vt longo tempore, parum aut ferme nihil viderit.  
Votum factum ad sepulchrum beati Patris Stanislai cum Missa &  
crin. l. & oculis cereis, statim illum nata est in oculis.

## D E C I M V M Q V A R T V M.

*A graui* **I**N eadem Ciuitate, Ciuis quidam, nomine Stanislaus, co-  
gnomen o. Cameniz textor, habuit puerum valde inuatum,  
qui

qui præ debilitate, veluti mortuus iacebat. Sed cum eum pater suus deuouisset ad sepulchrum beati Patris Stanislai, cum Missa & candela, ille puer statim conualuit.

*infirmi-  
te sana-  
tur.*

## DECIMUM QUINTVM.

**I**N Ciuitate eadem, quædam mulier, nomine Barbara, coniunx Georgii Lanficis, cum magnum oculorum dolorem pateretur, ita ut præ acerbissimo dolore, nihil penitus agere potuerit. Illa sedens solitariè, recoluit meritum beati Patris Stanislai, & quomodo percipius intercessionem, multi hominum infirmi, à variis languoribus curantur. Votum & ipsa fecit, ad eius sepulchrum cum crinali & oculis cereis, dolor ille statim cessauit, & post modum optime vidit.

*A dolore  
oculorū  
sanatur.*

## DECIMUM SEXTVM.

**E**Adem fœmina habuit puerum valde infirmum, qui nec mori nec conualescere potuit, tedio affecta, mortem puero, imprecabatur. Tandem ipsum, ad tumbam beati Stanislai cum Missa & lumine vouit, & statim perfecta sanitate releuatus est.

*A graui  
infirmi-  
te sana-  
tur.*

## DECIMUM SEPTIMVM.

**N**icolaus cognomento Lyfy de Casimiria, cum in Iudicio Terrestri aliqui domini, causam procuranti durè locuti fuissent, minasq; aliaq; id genus, minitendo: quorum verbis perterritus factus est veluti amens. Votum fecit ad B. Stanislai, illos omnes aduersarios vicit, causam quoq; ad felicem finem perduxit.

*A pericu-  
lo libera-  
tur.*

## DECIMUM OCTAVVM.

**I**acobus Lanio de Casimiria, coniunx Hedwigis Schonmatz, graui infirmitate laborans, mortem imminere sibi cernens, Sacramentis Eucharistiæ & Vnctionis perceptis, iam agonizans ad sepulchrum pii Patris Stanislai, per vxorem cum Missa &

*Ab infir-  
mitate sa-  
natur.*

lamine deuotus, qui statim vires recuperare cepit.

## DECIMVM NONVM.

*Etiam ab infirmitate curatur* **H**Oc idem miraculum factum est in Miklasz Wlosaty Casimirie.

## VIGESIMVM.

*A dolore oculorū sanatur.* **M**argaretha relicta, Ioannis Frelich Ianionis de Casimiria, longo dolore oculorum vexata, lumen amisit. Quæ votum vouit ad tumbam beati Stanislai cum crinali & oculis cereis, ac 50. Pater noster, statim soluto voto, sensit leuamen, & in breui perfecte vidit.

## VIGESIMVM I.

*Partum feliciter peperit.* **C**atherina vxor Petri Bargielsartoris de Casimiria, partu periclitans, cum parere non posset, ad auxilium pii Patris Stanislai cum Missa confugit & statim sine difficultate peperit.

## VIGESIMVM II.

*Ab infirmitate sanatur.* **C**atherina Rakowa de Cracouia, in die Pentecostes, in magnam incidit infirmitatem, in qua quinq; septimanis iacuit, medicis interim ipsam procurantibus, qui inualecente ægritudine, de salute eius desperabant. Hanc filius suus Magister Arctium ad Sepulchrum beati Stanislai cum Missa & cereo vouit, & pristinae sanitati restituta est.

## VIGESIMVM III.

*A pustulis curatur.* **D**omina Catherina de Biezanow, pustulas in manibus habens: nihil in manum recipere valens, ita vt ab aliis mulieribus cibaretur: votum faciens, cum Missa & lumine, curata est.

## VIGESIMVM IIII.

*Etiam a pustulis curatur.* **H**Oc idem factum est cuidam ancilla de Cracoua.



## STANISLAI CASIMIRITANI

## VIGESIMVM V.

**M**ichael quidam socius Scholæ Corporis Christi in Casimiri-  
ria, magnis febribus laborans, voto facto, sanatus est. A febris  
bus sanatus  
tura

## VIGESIMVM VI.

**S**ophia relicta Mathiæ Polgatz pistoris, & Consulis de Ca.  
simiria dolorem vehementem in crure habuit, deuouit se  
ad tumbam beati Stanislai, cum tribus accensis candelis, orando  
tria Pater noster, & totidem Aue Maria, audiendo Missam ad  
finem, quæ à casu ibidem legeretur, post benedictionem sa-  
cerdotis, sanam se inuenit. A dolore  
cruris sa-  
natur.

## VIGESIMVM VII.

**D**orothea coniunx Laurentii Muratoris de Casimiria, cùm  
valde infirmaretur, votum faciens cum Missa & cereo, sanata est. Ab infir-  
mitate sa-  
natur.

## VIGESIMVM VIII.

**H**oc idem factum est, Dorotheæ Begnie de Casimiria.

Etiã ab  
infirmitate  
tura

## VIGESIMVM IX.

**I**oannes Nykiel Lanio de Casimiria, cuius puer tantæ agri-  
tine laborabat, vt nullum membrorum mouere posset,  
quem cùm promisissent ad tumbam beati Stanislai, cum Missa  
& cerco, cepit habere melius, & ad integram sanitatem venit. Ab infir-  
mitate sa-  
natur.

## TRIGESIMVM.

**S**tanislaus Kanzyeh Consul de Casimiria, sæpius coram  
hominibus dicebat, quòd non crederet aliquem infirmum,  
meritis beati Stanislai posse curari, nisi idem ipse in se experire-  
tur. Hunc Deus puniuit subito, tantam squinantiam habuit,  
vt nedam cibum aliquem, sed nedam saliuam glutire potuit.  
Cognoscens igitur esse ultionem Diuinam, ob irrogatam iniu-  
riam beato Stanislao, quem contra ore suo blasphemauit, ve-  
nit.

## MIRACVLA BEATI

nit humiliter ad sepulchrum ipsius, cum cereo & Missa, veniam postulans pro excessu, & in momento sanatus est. Qui prius Blasphemus fui, & persecutor ac contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum quia ignorans feci, in incredulitate mea.

### TRIGESIMVM I.

*Ab infirmitate sanatur.* Catherina de Craconia, filia Margarethæ Felicis de Casimira, filiam suam valde infirmam deuouit ad sepulchrum beati Stanislai, cum signo cereo & Missa, quæ ab illa ægitudine liberata est.

### TRIGESIMVM II.

*A dolore oculorū sanatur.* Catherina de Clepardia relicta Augustini Ianificis de Casimira, cum atrocissime oculos doluisset, votum fecit ad sepulchrum beati Stanislai cum crinale, & oculis cereis. Et quia pauper erat, votum implere non potuit, & in acro dolore perseveranti, apparuit sibi B. Stanislaus, habens in manu crinale cum oculis cereis, & dans ei, dixit: Audui votum tuum & intellexi affectum, quia cum pauper sis non potes soluere. Accipe igitur hoc crinale, & pone supra sepulchrum meum, & manifesta hoc signum, ut inde Deus glorificetur, tu verò cum ad sepulchrum meum ueneris, integrè sanaberis.

### TRIGESIMVM III.

*Ab inflatōe sanatur.* Iacobus seruator Ecclesiæ S. Leonardi, extra muros Casimirienses cum à planta pedis, usque ad verticem capitis inflatus, ut planè creperet, videns se esse in mortis periculo, inductus per Præpositum eiusdem Ecclesiæ; votū fecit cum insigni cereo, humanam habente effigiem ad tumbam beati Stanislai cum Missa & candelâ, statim inflatura caput recedere, & soluto voto, sanatus est.

Trigesimum

## TRIGESIMVM IIII.

**V**alricus mercator de Cracouia cū grauit̄ infirmaretur, *Ab infirmitate curatur.*  
 ab vxore sua deuotus erat ad tumbam beati Stanislai cum  
 Missa & signo cereo, statim cepit melius habere, & votum  
 reddens, sanatus est.

## TRIGESIMVM V.

**S**tanislaus Schordiel Ciuis de Casimiria, habuit quendam ma- *A dolore brachij sanatur.*  
 gnum dolorem in brachio, ita vt manum præ dolore leuare  
 non posset, quem dolorem sustinuit ad sex septimanas, nullum  
 videns leuamen, votum fecit ad tumbam beati Patris Stanislai,  
 cum Missa & manū cerea, votum soluens, sanatus est.

## TRIGESIMVM VI.

**A**gnēs vxor Bialhor Ianionis de Casimiria, cū præ magna *A dolore vniū oculi curatur.*  
 cristica & fletu vnus oculus pellicula obduceretur, vt nihil  
 eo videret, ad auxilium pij Patris beati Stanislai confugit, cum  
 crinali & oculo cereo, statim illa pellicula defluere cepit, &  
 nihil tandem nocuit.

## TRIGESIMVM VII.

**E**adem Agnes cū maximas punctiones, in toto corpore *A punctione corporis liberatur.*  
 haberet, vt nec iacendo, nec stando, nec sedendo, nec  
 ambulando quietare posset; vouit imaginem ceream, cum Missa  
 ad tumbam beati Stanislai & in instanti omnis dolor recessit.

## TRIGESIMVM VIII.

**C**atherina vxor Nicolai Kasochleba ciuis de Casimiria cū  
 maximum dolorem cordis, & totius corporis passa fuit, votum *A dolore cordis sanatur.*  
 vouit ad sepulchrum beati Patris Stanislai, cum corde cereo,  
 statim dolor cessauit. Quæ voto impleto, beneficium sanati-  
 onis non manifestans, statim eodem dolore correpta est, &  
 intelligens ob ingratitude[m] & taciturnitate[m] illius miraculi

Deus.

Deus sibi iratum, mox votum repetiuit cum lumine & Missa de beneficii tanti protestatione rursus, sanata est.

## TRIGESIMVM IX.

*Vacca reuixit.* **D**orothea vxor Mathie Hortulani ante Casimiriam habens vnam vaccam, quæ per tres dies ad interitum infirmabatur, nec vllum capiebat pabulum, pauper illa mulier contristata ad tumbam pii Patris Stanislai, cum lumine Missa & signo cereo se contulit, & statim vacca cum ingenti mugitu surrexit, quam mulier putans fitire, arrepto vrceo, ad fontem properrauit, & festinando salangam trahendo, fregit & vrceum concussit, quæ anxia de vacca, ne siti moreretur, ad auxilium pii Patris confugit, & statim salanga, pariter cum vrceo rediategeata sunt, & allata aqua, vacca refecta, sanata est. Inquit *Mat. 19. Luc. 8.* Christus: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, & sanata est ex illa hora,

## QVADRAGESIMVM.

*A dolore pectoris liberatur.* **R**aphael Smigmator Consul Casimiriensis, cum magnum dolorem cordis & pectoris haberet, cum lumine & corde cereo, & Missa ad auxilium Pii Patris cofugit, & sanatus est.

## QVADRAGESIMVM I.

*Ab inflammatione curatur.* **M**argareta vidua de Regali ponte, habens puerum 4. Annorum inflatum & morti propinquum, cum Missa & lumine illum ad sepulchrum Pii Patris Stanislai vouit, voto expleto, mox puer ille, totaliter conualuit.

## QVADRAGESIMVM II.

*A dolore dentium sanatur.* **Q**uædam vidua de Cracouia, nimio dolore dentium vexata, beneficia Pii Patris Stanislai in memoriam reducens, se ipsam cum Missa, lumine & cerea mandibula, ad tumbam ipsius deuouens, placidam assecuta est sanitatem.

## QVADRAGESIMVM III.

**C**Atherina vidua de Cracouia, dolore dentium grauer per triduum vexata, per votum ad sepulchrum ipsius, mox liberata est. *A dolore dentium liberatur*

## QVADRAGESIMVM IIII.

**I**acobus Obajo de Pychouice, præ dolore oculorum, ad longum tempus cæcus extitit: qui cum cereo crinali & oculis cereis, ac Missa ad sepulchrum beati Stanislai se deuouit, mox sanatus est. *A dolore oculorū liberatur*

## QVADRAGESIMVM V.

**M**argaretha virgo, filia Gawron de Cracouia, magno oculorum dolore obeccabatur, quæ cum candela, cereo crinali, & oculis cereis ac Missa ad tumbam beati Stanislai se contulit, & statim dolor oculorum cessauit: sed quia dona Dei quæ in Sanctis suis laudari vult, tacuit, brachium dextrum vehementer dolor occupauit, cognouitq; per ingratam taciturnitatem se correptam ad eundem Beatum Stanislauum confugit, & petiit beneficium præstitum sermone pateferi, statim omnis languor euauit. *A dolore oculorū sanatur.*

## QVADRAGESIMVM VI.

**M**argareta mater Stanislai Fard, Fratris domus nostre, sæpius dolore pedum vexabatur, quæ à prædicto filio suo præmonita, vt se cum Missa & signo cereo beati Patri Stanislao committeret: quò facto ab hinc à prædicto dolore fuit liberata. *A dolore pedum curatur.*

## QVADRAGESIMVM VII.

**A**lbertus Lutifigulus de Casimiria febre acuta vexatus, per votum ad sepulchrum Pii Patris Stanislai, liberatus est. *A febre sanatur.*

## QVADRAGESIMVM VIII.

**M**argareta Troperen de Cracouia, habens puerum valde infirmum

*Ab infirmitate sanatur.* infirmum, votum faciens cum Missa candela, & signo cerco ad Sepulchrum beati Stanislai, puer postquam rediit, plenus sanus repertus est.

## QVADRAGESIMVM IX.

55 *A dolore pectoris liberatur* Dominus Iacobus Prior, cum adhuc esset Procurator Monasterii nostri, in pectore habens grauem dolorem, vouit se Missam ante sepulchrum eius celebraturum, qua finita, sanus effectus est.

## QVINQVAGESIMVM.

56 *A squintatione liberatur* Eodem tempore, Mathias Cocus, Monasterii nostri, squintantiam habens, nihil deglutire potuit: quise, cum Missa & lumine ad sepulchrum ipsius promisit; mox squintantia recessit.

## QVINQVAGESIMVM I.

57 *A dolore pectoris sanatur.* Dorothea relicta Mathie Paczowska sutoris de Casimiria, cum magnum dolorem pectoris capitisq; & oculorum caliginem passa fuit, votum vouit ad sepulchrum pii Stanislai cum Missa & candela, & sana fuit.

## QVINQVAGESIMVM II.

*Ab infirmitate sanatur.* ANNO Christi 1533. Sacerdos quidam Canonicus Regularis Ordinis D. Augustini eiusdem Monasterii Ecclesie Sacratissimi Corporis Christi, magna & longa infirmitate grauat, voto facto ad beati Stanislai in Ecclesia Corporis Christi tumbam ad eius preces, pristinae sanitati restitutus est.

## QVINQVAGESIMVM III.

*A dolore dentium sanatur.* ANNO Domini 1534. Presbyter nomine Ioannes Liwocha eiusdem Conuentus Corporis Christi professus, & plusquam triginta annis in eadem Ecclesia verbi diuini predicator existens intollerabili dentium morbo, longo tempore labo-

rans: nullumq; interim doloris leuamen sentiens, contulit se sub voto, ad tabernaculum Corporis Christi, sub patrocinio beati Patris Stanislai Missam faciendi. Noctu interim in somnis, visus est sibi idem beatus faciem illam dolorosam, manu præhensa veluti linire, qui experrefactus somno; omni profluxo dolore, se liberus comperit.

QVINQVAGESIMVM IIII.

**A**NNO Domini 1535. Quædam matrona, incidit in morbum à Deo grauem vt ad crastinum sese superuicturam minimè speraret. Verum oblata ab aliis ad beati Patris Stanislai sepulchrum, illicò ex illa vi morbi consurrexit, & tabellam quæ ibidem ad eiusdem beati tumbam adhuc extat appendi curauit, in laudem & honorem Dei Præpotentis.

A graui morbo sanatur.

QVINQVAGESIMVM V.

**A**NNO Domini 1605. Iunii 14. Thomas infantulus vnius anni, filius Stanislai Ktoz Ciuis Casimiriensis, & matre Anna Zaborska de magna Opatow, Czestochouiam ad Diuam Mariam à parentibus curru vectus, nimioq; solis calore conflagratus, graui infirmitate oppressus est; ita vt per quinq; hebdomadas, absq; vilo cibo, saltim paucissimo ceruise potu contentus fuit: sed cum votum ad tumbam huius pii Patris beati Stanislai Casimiritani per parentes factum esset, pristinas vires resumpsit.

A periculo mortis sanatur.

QVINQVAGESIMVM VI.

**I**Tem, ego Martinus Baronius Iaroslaiensis Clericus Diocæsis Præmissiensis, coram Deo & Sanctis eius attestor. Quòd cum Anno Domini 1606. Iunii die 8. in itinere ex Sandomiria Cracouiam pergens, grauissima febri & capitis dolore, tum & lateris dextri acuti punctura ex nimio solis æstu correptus eram, ita vt iter ceptum perficere, nequaquam poteram: voto ad

A variis infirmitatibus sanatur.

beatum Stanislaum Casimiritanum facto visitandi sepulchrum  
 ipsius, illico sanus factus sum, votumq; adhibitis indignis ora-  
 tionibus meis compleni.

QVINQVAGESIMVM VII.

*A dolere  
 capitis  
 liberatur* **H**Onesta Anna vxor Famati Iozepi Szperka Lanionis Ciuis  
 Casimiriensis, dolorem capitis & pectoris acerbissimum  
 passa, ex voto cum vna Missa visitandi sepulchrum beati Patris  
 Stanislai, repente sanatur, Anno Domini 1607. die 16. Men-  
 sis Iulii.

QVINQVAGESIMVM VIII.

**P**ost decessum de hac luce beati Stanislai Casimiritani, multæ  
 matronæ steriles meritis ipsius prolem à Deo impetrarunt ac  
 aliæ grauidæ puerperæ difficili partu anxie, & nimio dolore  
 affictæ penèq; morituræ, inuocato nomine Diuino & beatissimæ  
 Mariæ Virginis, intercessione eiusdem beati Patris Stanislai  
 diuersis locis & temporibus, felicem partum ediderunt, Laudan-  
 tes Deum in Sanctis eius.

RATIO.

**M**ulta alia Miracula quæ Deus operatus est, per merita beati  
 Stanislai Casimiritani omitto, ne graueretur Lector,  
 in his enim omnibus sit Deus omnipotens in æternum lauda-  
 bilis & gloriosus, qui in beato Stanislao Confessore suo est  
 mirabilis. Psalmo 67.





DE BEATO STANISLAO CASIMIRIENSI

Antiphona.

**A**ve lux vitę Monasticę,  
Dei Confessor mirificę,  
Beate pater Stanislae,  
Stella refulgens Casimirę.  
Gloria tu Polonorum,  
Tu decus Canoniorum:  
Quos Regula Sancta fouet,  
Atq; summo Deo vouet.  
Cuius diuus Augustinus  
Post Deum, author est primus:  
Vir omni lingua laudande,  
Toto orbe prædicande.  
Qui das lapsis releuamen,  
Qui das infirmis iuuamen.  
Tu pro nobis intercede,  
Vt cęlesti nos mercede  
Ditet Deus cum beatis,  
Regno suę faustitatis. Amen.

ſ. Ora pro nobis Beate pater Stanislae,

R. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

**O**mnipotens sempiternę Deus, qui Beatum Stanislaum  
Confessorem tuum; in numeris virtutum miraculis, in  
terra decorasti, tribue quęsumus vt eius meritis ac precibus.  
infernalis terrenęq; flammę incendio, contagione pestis, ac  
noxia inundatione aquarum, te miserante liberemur. Per  
Dominum nostrum. &c. Amen.

**D**EUS qui Sacrum Ordinem Canonicorum Regularium Sancti Augustini, Urbemque Cracouiensem beati Stanislai Casimiriani Confessoris tui, meritis gloriosis illustrare voluisti interris: Concede propitius, vt pro nobis apud tuam clementiam, nunc & in hora mortis nostræ, ipse intercedat in Cælis. Quem Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, cum Beatissima Virgine Maria Matræ suæ, & Sancto Stanislao pontifice & Martyre suo, in hora mortis eius dignatus est, cum gaudio visitare in terris. Qui tecum viuít & regnat in vnitæte Spiritus Sancti Deus. &c. Amen.

ORATIO DE BEATO STANISLAO KOSTKA  
SOCIETATIS IESV.

Tren' 9.

**V.** Bonum est viro cum portauerit  
**R.** Iugum Domini ab adolescentia sua.

OREMVS.

**D**EVS qui Beatum Stanislauum Kostkã, ex numero Societatis Iesu Christi iuuenilẽ flore nitentem, in Sanctorum Confessorum tuorum consortium sublimasti. Præsta qua sumus, vt quem tibi in terris facis populo tuo esse deuotum, eius meritis apud te in cælis animabus nostris, sentiamus auxilium perpetuum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sanctorum



Sanctorum & Beatorum virorum Stani-  
 slai nomine vocatorum, Polonorum,  
 Martyrum & Confessorum brevis no-  
 ta & Cathalogus, Anno mortis, Men-  
 se, die, & loco, in quibus sacra ipso-  
 rum corpora sunt condita notato, ab  
 Anno Christi. 1078.

STANTES erant pedes nostri: in atriis tuis Ierusalem, illuc  
 enim ascenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum  
 nomini Domini. Psal: 121.

PRIMVS.



ANCTVS STANISLAVS

Episcopus Cracouiensis & Martyr, in Ordi-  
 ne sedis Episcopalis Nonus, Decemseptem  
 mortuorum resuscitator, à Rege Boleslao  
 Audace (dum ad altare diuina perageret)  
 interfectus & in plurimas partes consissus, quæ postea suis  
 locis dispositæ miraculosè coaluerunt. Sub Innocentio  
 Quarto Pontifice Maximo in numerum Sanctorum relatus,  
 Cracouix quiescit Anno Domini 1078. Maij die 8. eius  
 festum toto orbe terrarum Clemens Papa VIII. Duplici  
 festo celebrari mandauit. Anno 1596.

Secundus

## SECUNDVS.

**B**EATVS STANISLAVS Posnaniensis Ordinis Carmelitarum, verbi Dei concionator feruentissimus, in Prussia pro Fide Christi ab Idolatris gladiis est confossus, Bydgoscię in Cuiavia apud Fratres sui ordinis est sepultus, Anno Domini 1420. Iunii Die 2.

## TERTIVS.

**B**EATVS STANISLAVS Cracodiensis, Ordinis Conuentualium Sancti Francisci, Sacrę Theologię Doctor, qui vna cum beato Gastoldo Episcopo Vlnense, & triginta sex fratribus sui ordinis, à Tartaris pro fide Christi occisus est. Vlnę in Litvania apud Fratres Conuentuales est conditus. Anno Domini 1341. Maii die 24.

## QVARTVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Brzescię Litvanix, Subdiaconus Ordinis Sancti Francisci Conuentualium, pro fide Christi cum triginta sex fratribus sui Ordinis interfectus est. Vlnęq; in Litvania apud S. Franciscum tumulatus, Anno Domini, 1341. Maii die 24.

## QVINTVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Hurma, Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia, Confessarius hominum & Confessor Christi, vir pius & deuotissimus, Vlnę in Litvania apud Bernardinos sepultus, Anno Domini 1423. Septembris Die 10.

## SEXTVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Iaroslau, Sacrę Theologię Doctor, Ordinis Prędicatorum, à Tartaris pro Christi nomine vnà cum Beato Sadoch Priore, & aliis quadraginta octo fratribus

Fratribus ordinis eiusdem, vitam profudit Sendomiriz, extra muros ad Sanctum Iacobum, apud Fratres sui Ordinis est conditus, Anno Domini, 1282. Februarii die 20.

## SEPTIMVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Korzyb Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia, Artium & Philosophiæ Magister, vir patientissimus & profundæ humilitatis: Cracouiz in Stradom ad Sanctum Bernardinum sepultus, Anno Domini 1475. Aprilis die 16.

## OCTAVVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Horzis, Ordinis Sancti Francisci de obseruantia, vir in diuinis scripturis absolutissimus, medicus animarum excellens in audiendis confessionibus quantumuis abiectorum & morbidorum hominum indefessus, scripsit super quatuor libros sententiarum, Cracouiz ad Sanctum Bernardinum quiescit, Anno Domini 1480. Iunii 5.

## NONVS.

**B**EATVS STANISLAVS Casimiritanus, Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium Sancti Augustini, vir vitæ sanctæ, & inculpate, plurimis miraculis, in depellendis morbis variis hominum clarus, Casimiriz ad Cracouiam in Ecclesia sacratissimi Corporis Christi apud Fratres sui ordinis sepultus, Anno Domini 1489. Iunii die 7.

## DECIMVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Stapis, Sancti Francisci de obseruantia, vir magnæ contemplationis, & regularis perfectionis, simul prædicatoris ac Confessarii munus obiens, spiritu prophetico plenus, quendam Pseudopphetam nomine Petrum in monte Slupensi latitantem patefecit, B. dgo

stia in Prussia humatus ad Sanctum Bernardinum, Anno Domini, 1506. Iulii 17.

## VNDECIMVS.

**B**EATVS STANISLAVS Kokofzka, ex Ordine Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister, vir deuotissimus, plurimis miraculis clarus. Quoties enim ante imaginem Crucifixi, in ambitu Conuentus ut ipsi mos erat, orationes fundebat, toties à terra eleuari altitudine quatuor cubitorum, & dulcia colloquia (lumine plurimo circumfusus) cum Domini nostri imagine conferre visus fuit, Cracouię ante altare Crucifixi sui oratorii sepultus est, Anno Domini 1532. Februarii 13.

## DVODECIMVS.

**B**EATVS STANISLAVS KOSTKA POLONVS Societatis Iesu. Natus Anno Domini, 1550. in auitis bonis Familiæ suę, Rostkow dictis, in terra Plocensi: Parentibus Ioanne Kostka in Rostkow Castellano Zaktocimensi, & Margrita Kriska de Drobnin: quem mater in utero gestans, nomen IESV Saluatoris nostri, colore purpureo in pectore (omen nimirum nasciturę prolis Christi obsequio mancipandę) diuinitus expressum habuit; quod ipsamet Sacerdoti pio, Confessario suo, rei nouitate attonita enarrauit. Hic à tenera ætate literis dans operam, silentio, solitudini, ieiuniis, voluntariis verberibus, diuorum, (& in primis Beatissimę Dei Matris, & Sanctę Barbarę Virginis Martyris) cultui, Sacramentorum vsui frequenti, precibus diu noctuq; ad Deum fundendis, cæterisq; solidę pietatis operibus, mirum in modum deditus fuit. Viennæ in Austria in domo Hæretici Senatoris, æger decumbens, eam Sanctissimam Eucharistiam, quam accipiendi maximo desiderio tenebatur, ritu Catholico habere non potuisset, eum ex Angelorum manibus D. Barbara sua Patrona assistente, accipere meruit. Dæmonis in specie canis nigri, ter se inuadentis, signo Crucis expresso,

magnani-

magnanimus victor extitit. A Deipara Virgine sibi apparente, puerumq; IESVM in eius lectulo collocante, à graui & periculosa infirmitate sanatus: eiusdem Deiparæ monitu, Societati IESV, Romæ (quò se domesticorum id impedire conantium manus non sine miraculo effugiens, Vienna clàm egressus, tanto illo itinere pedibus confecto contulerat) die SS. Apostolorum Simonis & Iudæ nomen dedit. In qua ad tantam Sanctitatis perfectionem, breui tempore peruenerat, vt Diuini amoris æstu languentis, magnus inflammatq; cælitus mentis ardor, in corpus redundans, linteis frigida perfusus, & pectori eius admotis, ab aliis temperari debuerit. Profundè humilis, exactè obediens, perfectè suipfius victor, sibi mortuus soli Deo vivens. & Angelicam magis quàm humanam in hoc exilio vitam agens, verè Sanctitatis fama illustris. Anno Domini 1568. Etatis suæ 18. Die 14. Augusti. nocte ante Festum Assumptionis Deiparæ Virginis, obdormit in Domino: morte sua ante prædicta; cuius æterna felicitas pluribus reuelata fuit. Hunc multis miraculis, in variis mundi partibus clarum, Clemens VIII. Pontifex Maximus, titulo Beati, diemq; eius anniuersarium, Sacris Indulgentiis exornauit. Paulus V. feliciter Papa modernus, nouis honoribus auxit. Corpus eius Romæ in Monte Quirinali, ad S. Andree (quod olim multò post mortem tempore, incorruptum inuentum fuerat, & multis iterum elapsis annis, suauissimum aliquoties, è loco suo odorem diffuderat) magno cum honore sepultum, à Romanarum vrbe, & Christiano orbe piè colitur. Ossium reliquiæ, variis in Collegiis Societatis IESV, in hoc Poloniæ Regno, multisq; aliis, debita cum veneratione asseruantur: anniuersaria deniq; felicis eiusdem ex hac vita transitus memoria, in Africa ipsa, & orbe nouo, à piis fidelibus ritu solempni celebratur.

De quo sic Illustris Christo, hero Chodkiewicz,

E &amp;

Reliquias

IN VITE BEATORVM

Reliquias Kostæ tenet orbis: Sydera mentem;  
 Terra tegit corpus, si tamén vlla tegit.  
 Quid mirum? Sedes si tot tenet ille, recondi  
 Viso non poterat, gloria tanta, loco.

DECIMVS TERTIVS:

**B**EATVS STANISLAVS HOSIVS POLONVS, Sancte  
 Romanę Ecclesię Presbyter Cardinalis, Episcopus Varmi-  
 ensis, vir eximie Sanctitatis, ad Sacrosanctam Tridentinam  
 Synodum à Papa Pio IV. de latere Legatus, eruditionis &  
 eloquentię gloria celeberrimus, hereticorum maleus (quos  
 acerrimè suis scriptis oppugnaverat, multosq; ab erroribus  
 reuocauerat) à doctis viris appellatus grauissimis legationibus  
 pro pace Ecclesię Dei, felicissimè perfunctus non solum de  
 Polonię Regno; sed & de toto Christiano orbe, optimè meri-  
 tus pietatis, humilitatis, charitatis, castitatis, beneficentię,  
 omniumq; virtutum laudibus, & exemplis ad imitandum abun-  
 dans obiit. Anno Domini 1579. ætatis suę 76. die 5.  
 Augusti. S. Marię ad niues sacro; in cuius Ecclesia trans  
 Tiberim Romę sepultus quiescit.

Eius Doctrina Libro I. Confessionum.

Hęc scripsi vobis de his, qui sequuntur vos: Catholicus non  
 est, qui à Romana Ecclesia in fide Doctrina discordat.

DECIMVS QVARTVS.

**B**EATVS STANISLAVS Ordinis Sancti Francisci Con-  
 uentualium, Theologus & consionator feruentissimus, vir  
 eximie sanctitatis, qui vnà cum Sexaginta Deo dicatis Virgini-  
 bus, & Duodecem fratribus sui ordinis, à Tartaris Poloniam  
 vastantibus pro fide Christi Martyrii conam adeptus est, in  
 Zauchost Ecclesia Sancti Damiani sepultus. Anno Domini,  
 1282. Die 5. Februarii. Decimus



## DECIMVS QVINTVS.

**B**EATVS STANISLAVS Polonus Cartusianus, Confessor Christi dilectus, vir magnę abstinentię, humilitatis & diuinarum contemplationum celebris. Virgini Marię deuotissimus, à teneris annis ad mortem vsq; suam in castitate viuens, operum honorum plenus, felix in domino moritur, in Prussia in Conuentu Paradisiensi prope Dantiscum honorifice est conditus. Anno Domini 1512. Octobris die 8. Vita ipsius cum egregijs factis in Catalogo fratrum defunctorum in eodem Monasterio manuscripta continentur.

## DECIMVS SEXTVS.

**B**EATVS STANISLAVS de Oporow, Ordinis S. Pauli Primi Heremita, in Academia Cracouiensi Artium Magister, & Philosophię Doctor, in Monasterio Sanctę Marię Clari montis. Ordinem eundem Sancti Pauli ingressus, primùm Confessarii, tandem Prædicatoris munus obiens, magnum specimen sanctitatis de se protulit, cuius corpus intactum nulla putredine infectum, hucusq; illęsum permanet. Oporouię sepultus apud Fratres sui Ordinis. Anno Domini 1524. Aprilis die 22.

## DECIMVS SEPTIMVS.

**B**EATVS STANISLAVS Præmissiensis Ordinis Sancti Francisci Conuentualium Guardianus Leopoliensis, cum aliis fratribus Ordinis sui Martyr, à Tartaris loca illa tunc temporis vastata, simul cum populo Sacramentum Eucharistię suscipiente trucidatus, & ibidem Leopoli sepultus est. Anno Domini 1241.

## DECIMVS OCTAVVS.

**B**EATVS STANISLAVS Lithuanus, Ordinis Sancti Basilii

Basilii, cum aliis fratribus eiusdem ordinis, pro fide Christi à Tartaris interfectus est. Vilnæ in Lithuania in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis non sine miraculis quiescit, Anno Domini 1342. Septembris Die 7.

## DECIMVS NONVS.

VENERABILIS STANISLAVS VARSZEVIICKI, Societatis Iesu, Polonus, rerum caducarum nostra ætate contemptor insignis, ex antiqua & illustri Familia in Masouia, Patre Ioanne Varzeuicki, Castellano Varzauienfe natus, ingenio, doctrina, auctoritate, in aula regia florens. Prælatura Scholasticæ Gnesnensis illustris: cùm ad maiores honores vocaretur, oblatum à Sigismundo Rege Episcopatum repudiavit, & omnibus mundi illecebris, vanitatibusque reiectis, ferè iam quadragenarius, splendori generis, & dignitatum, humilitatem status religiosi præferens, se in ordinem Societatis Iesu recepit, Anno Domini 1567. Huic Romæ in domo Societatis Iesu, quam professorum vocant, existenti, felix ad cælum transitus Beati Stanislai Kostka Poloni, qui eius in Tyrocinio eiusdem religionis socius fuerat, ad Sancti Andree in monte Quirinali mortui, eadem nocte, qua obiit, reuelatus fuit, cuius postea vitam scripsit. Vir fuit verè religiosus, ac maxime pius, orationis apprime studiosus, in qua sic erat defixus, ut cùm oraret extra se positus videretur, magno enim interea cœlesti lumine, mens eius perfundebatur, igneque Spiritus sancti voluntas exardescibat, quod liber contemplationum, manu ipsius scriptus, post mortem eius repertus aperte declarat. Erga Christi Domini nostri cruciatus, sanctissimumque altaris Sacramentum, miro ferebatur affectu. Dei parentem Beatissimam, & S. Catherinam Senensem, speciali cultu venerabatur. Honoris diuini, salutisque proximorum zelo admirabili feruens, Hæreticos ab erroribus, peccatores à vicis, non solum

POLONIAE PATRONORVM.

Solum incensis concionibus; sed etiam variis scriptis, & libris editis reuocare diligentissimè studuit. Religiosæ humilitatis suiq; abnegationis amantissimus. Morti proximus, vnus diei, noctisq; totius decursu, continua lucta à humanis generis hoste (quod & S. Catharinæ Senensi patronæ suæ, multis que aliis Sanctis accidisse legimus) fatigatus, gloriose victor, Anno Domini 1591. ætatis suæ 64. variis laboribus, & muneribus pro Christo perfunctus, multaq; canicie, & virtute venerandus 24. annis in religione sanctè transactis, feliciter migravit ad Dominum. Cracouię peste extinctus, magnis enim precibus à superioribus obtinuerat, vt in Ciuitate hæc contagione infecta, sibi manere liceret, in templo Sancti Mathiæ, Domus Probationis Societatis Iesu sepultus.

VIGESIMVS.

**N**obilis Stanislavus Pomaski Polonus, Subcamerarius Serenissimæ Mariæ Mniszkowna, magnæ Ducissæ Moskouiæ, sacrificanti fratri suo Germano, Reuerendo Francisco Pomaski, Præposito Samboriensi, inseruiens sub idem tempus, in eodem loco, vnà cum eodem Francisco fratre, à Moscis schismaticis inimicis religionis Catholicæ, impie & crudeliter interemptus in ipsa Ciuitate Moskwa, metropoli totius magni Ducatus Moskouiæ, Anno Domini, 1606. Maii 27. ibidemq; sepultus.

VIGESIMVS PRIMVS.

**B**EATVS SVENTOSLAVS humilibus parentibus Ciuilis conditionis ex oppido Slawkow, Episcopatus Cracouiensis natus, primarum saltem literarum noticia contentus, cum ad altiora non dabatur accessus, arti sutoriæ aliquantulum deditus fuit, verum ob suam sinceritatē pietatem, ac deuotionem visione Sancti Stanislai Episcopi Cracouiensis illustratus & admonitus,

arte

arte & seculo relictis, circa Ecclesiam Beatę Marię Virginis circuli Cracouiensis, primùm Clericus tandem & Mansionarius eiusdem Ecclesię factus, eo fidelitatis munere insignitur, vt Exequutor testamentorum crearetur, vir pius, mitis, patiens, deuotissimúsq; in sermone parcissimus, ita vt perpetuum silentium obseruasse videretur: plurimis operibus bonis & virtutibus clarus migrauit ad Dominum, & in eadem Ecclesia Sanctissimę Virginis Marię in medio chori sepultus est. Anno Domini, Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Nono, Aprilis die 15.

## VIGESIMVS SECVNDVS.

**BEATVS SVLISLAVS** Nobilis Scepanouius de armis Prussorũ, pater S. Stanislai Episcopi Cracouiensis & Martyris, vir deuo.issimus, vitęq; inculpatę Eques Polonus. Is cum nullã prolem ex nobili Beataq; Bogna consorte sua longorum spatio annorum susceperat, in eleemosinis ac bonis operibus, egenis ac pauperibus mira cum promptitudine exhibitus assiduus extiterat, nullis facultatibus quas non postremas habuit in pia opera parcendo, precibusq; suis numen diuinum implorando, vt eundem Maiestas diuina prole (quam obsequio altissimi deuouere vna cum consorte sua animo conceperant) consolari dignaretur. Nec vanę ipsius orationes Eleemosinę ac pia opera fuerant, in senectute etenim illius, vt alteri Elcanę ex Anna Samuelem Prophetam Dei, sic Sulislao beato, ex beata Bogna, Stanislauum Sanctum Episcopum & Martyrem largitus est. Diebus tandem plurimis, antiqua pietate exactis, flore sanctę iuuentutis Sancti filii sui gaudens, in domino moritur, Scepanouię sepultus, Anno Domini 1051. Februarii die 7.

s. Reg: 1  
Ecclesia-  
stes Cap:  
46.

## VIGESIMA TERTIA.

**BEATA SVENTOSLAVA** Ciuis Casimiriensis ad Craco-

Craconiam vidua foemina deuotissima assiduis orationibus ( familia proba rem domesticā strenuè prouidente ) dedita pauperumq; prouisor munifica, hæc tanti meriti pietate & vitæ integritate apud Deum extiterat, vt vno temporum ad Bustum Sancti Stanislai Episcopi ac Martyris ( ad quem miro deuotionis & obseruantię tenebatur affectu ) oranti, eidem Sanctus Stanislau Pontificalibus indutus in Rupella Æde Diui Michaelis summo mane dum ipsamet de more Ecclesiam venerat, cum magno cœtu Angelorum & Sanctorum ac sanctarum Dei apparuit, & absoluto Sacrosancto Missę sacrificio his verbis ad eam dixit: Filia mea Suentoslaua oportune venisti, verum moneo vt eas ad successorem meum Lambertum Episcopum, nomineq; meo eidem referes ( cum ea sit voluntas diuina ) vt corpus meum ex hoc loco in Ecclesiam Cathedralẽ ob maiorem cultum diuinum & feruentiorem deuotionem populi Dei transferat. Quod & fecit. cæterisq; verbis illam sæpe in tribulationis ipsius consolabat. Qua vita sancta in eodem loco apud Fratres Eremitas Ordinis Sancti Pauli primi, Eremitę in Skalka, vbi orationes fundere solebas, honorifice sepulta est, Anno Domini 1077. Die 5. Februarii.

## VIGESIMA QVARTA.

**BEATA BOGNA**, mater Sancti Stanislai Episcopi Cracouiensis, matrona deuotissima, quę orationibus, Ieiuniis ac Eleemosinis assiduis, toto tempore vitę suę degens, clara extitit. Quęq; in senectute sua meritis & precibus ad Deum obtinuit filium, eundem Sanctum Stanislau Episcopum Cracouicensem & Martyrem. Qui ob sua clarissima & admiranda miracula meritaq; notus est o:bi terrarum. In Oppido Sczeganow dicto sepulta, die 13 Mensis Iunii. Anno Domini 1069.

I. Reg: 7.  
Bona ar.  
bor bonū  
fructum  
fecit.  
Mat: 30.  
7. 12. 1.  
T. m. 20

## Vita Beati Meinhardi Episcopi Liuoniensi.

**B**EATVS MEINHARDVS de Zegeberg Ordinis  
 Canonorum Regularium Sancti Augustini, vir pietate &  
 sanctimonia vite insignis, ex Lubeca Ciuitate celeberrima cum  
 mercatoribus conscensa nani in Liuoniam, Anno pareę per  
 Christum salutis, 1200. traicit, & conspiciens in tam insi-  
 gni & p̄matura messe, nullos operarios extare, continuo ibi  
 vnus famuli conuictu contentus etatem transigere instituit.  
 Cassamq; ibidem ex arbutis propter imbres arcendos constru-  
 xit, paulatim deinde hominum familiaritatem captare & t̄dio  
 superato habita iam mutui conuictus, & contractę noti-  
 tię cum incolis, Regionis opportunitate, religionis & rerum  
 diuinarum eos admonere cępit, sensimq; a vano idolorum cul-  
 tu, ad Christianę fidei obseruantiam adducere, auspicanteq;  
 Deo & pium viri religiosi conatum fecundante complures inco-  
 larum, in agnitam veritatis doctrinam consenserunt: quorum  
 crescente numero, multorumq; animis vt fit, rei nouitate &  
 inusitate religionis studio flagrantibus, Basilica (in loco quem  
 hodie vocant Kirkolm vbi est arx p̄cipua Liuonię ad rippam  
 Duię fluminis duobus miliaribus supra Rigam hodie floren-  
 tem Metropolim Regionis illius) summo studio instauratur,  
 nec multo post Beatus Meinhardus ab Archiepiscopo Bremen-  
 se in Liuonię Episcopum consecratur. Qui vt Sanctus Adalber-  
 tus Pruthenorum, sic & ipse Liuonum Apostolus factus in  
 messe Christi strenui operarii munus adimplens, rem christi-  
 anam multum ad auxit, & magnam gentis partem ad Christum  
 conuertit. Postea plurimis documentis & statutis sanctis  
 Ecclesię a se fundatę relictis, opere bono consummato, feli-  
 citer vitam cum morte commutauit. Ibidemq; in Liuonia non  
 sine multis miraculis Rige quiescit, Anno Domini  
 1205. Die 10. Maii.

Beatus

**B**EATVS BERTOLDVS Ordinis Cisterciensium Abbas post Beatum Meinhardum, secundus Episcopus Lio-  
nię, à Bremensi Archiepiscopo consecratus. Beato Boleslao Chabrio Regi Polonię charus, in multisq; Reipublicę & fidei Christianę propagandę utilis extitit. Is contra irrupentes ho-  
stes fidei Christianę Catholicę, vna cum peregrinis militibus, qui pietatis ergò ad militiam Christo exercendam, ex Germa-  
nia & Polonia confluerant, pugnare instituit, vbi vero ad pu-  
gnam ventum est, equo infreni in mediam barbarorum aciem proiectus, ab impiis lanceis confoditur, pro Christi nominę coronam Martyrii meratus est. Tandem crescente multorum pietate Christiana, plurimi se sacrę militię deuouerunt, Ordini-  
nisq; fratrum Cruciferorum Teuthonicorum habitu suscepto, in Prussia commorantur, ibidem in Prussia Rigę quiescit, Die 5. Mensis Iulij, Anno Domini, 1200.

Vita Beatę Iuttę, viduę, Pruthenę, ex Eccle-  
sia Cathedrali Chelmzensi, vbi sacrum  
eius corpus requiescit, desumpta.

Obiit Anno Domini, 1260. Die 5. Maii.

**B**EATA IUTTA Pruthena, ex antiqua & Illustri Fami-  
lia Sangerhausen: nata in Prussia Anno Domini 1220. Parentibus Adalberto & Hednigi in paterno Oppido Bug me-  
dio miliari à Ciuitate Chelmza. A prima ætate magna futurę sanctitatis signa dedit, obsequio diuino, lectioni sacrę, & præcipuè exemplorum piorum, vitisq; Sanctorum multum dedita fuit, quibus permota magno tenebatur desiderio se Deo, in aliquo religioso ordine consecrandi. Sed cùm frater eius Ioannes, quem vnicum habebat, religioni Cruciferorum (quam postea septimus Magister Generalis electus feliciter ad-

ministravit, Ordinisq; Prædicatorum monasterium, inter cetera præclare à se gesta, Torunii fundavit) se addixisset, à parentibus, inuitalicèt, Illustri viro Ioanni Konopacki libero Baroni in Bielczany, anuum agens 15. in matrimonium data est. In quo statu pristina pietatis exercitia non intermittens, lectioni piæ, orationibus operibusq; misericordiæ vacabat. Filiolam, quam vnicam habuerat, in timore Dei educando, à teneris annis, inediæ, orationibus aliisq; piis exercitiis assuefacere satagebat, id à Domino vnicè petens, vt in virtutibus homini Christiano propriis proficeret. Tantæ misericordiæ in egenos exstitit, vt id totum, quod à parentibus ex auro, argento, gemmis, similibusq; in ornamenta habuerat, larga manu inter eos distribueret, in spontanea paupertate, quantum per statum illum licebat matrimonialem, Christi amore se exercere desiderans. Cum autem ob magnam illam in egenos liberalitatem, ipsamet necessaria conditioni vitæ suæ, ab aliis per modum Eleemosynæ petere coacta, à notissimis suis ludibrio despectuiq; habitafuisset, ei Christus Dominus apparuit, prudentemq; seruam, & fidelem dispensatricem bonorum suorum consolando, ad eam ait: Omnia mea, tua sunt, & tua mea. Quibus verbis recreata, operibus pietatis, obsequioq; pauperum magis se dedit, corpora leproforum lauabat, & ægrotis, debilibusq; inseruiendo, de rebus necessariis, quantum poterat, providebat. Ecclesiam Canonicorum Regularium S. Augustini, ciuitatis Chelmzensis, (quæ nunc Cathedralis est) medio miliari, à bonis mariti sui distantem, non rheda, vel curru vecta, sed pedibus iter faciens, quotidie pietatis causa adibat. Accidit autem sæpius, vt omisso illo longiori itinere consueto, tam adeundo iam dictam Ecclesiam, qua ab eadem domum redeundo, rectà supra stagnum interiacens, siccis pedibus multis spectantibus, tantoq; miraculo attonitis ambularet. Maritum indignè piam hanc



eius consuetudinem, in adeunda Ecclesia ferentem, grauiq; suspitione de religiosis loci illius, & vxore sua, demonis instinctu, prauorumq; hominū suggestionē, laborantem, ab errore, magna que hac tentatione, insigni miraculo liberauit; nam cum die quadam, tardius ex eadem Ecclesia, domum reuersa fuisset, ab eo, quod prandium non citò pararetur, verbis, contumeliaz, minarumque plenis, affecta, magna cum humilitate, iniuriam sibi illatam sustinens, tripodem ferreum ignitum, cum piscibus, quos in eundem paulò ante coniecerat, nudis manibus ex igne illęsa recepit, & pisces nondum coctos, marti mensę apposuit, quibus ille gustatis, cum optimè coctos & conditos aduertisset, rei nouitate euidentique miraculo attonitus, supplex veniam suspitionis illius falsę, iniuriazq; verbis illatę, ab vxore postulauit, penitentiaque iudicii illius temerarii ductus, administratione rei familiaris Beatę Iustę commissa, in pœnam peccati illius, Romam peregrinatus est, vbi sacris locis pie uisitatis, diem clausit extremum. Quod cum illa resciuisset uinculo matrimoniali soluta, liberius pietati vacare, egenisque inserrare cepit, cui in eodem egenorum infirmorum obsequio, causa Dei, noctu occupatę lumineque lucernarum, & candelarum, similiaque carenti, sol ipse per miraculum, eodem nocturno tempore, lucere visus est, gratum fuisse obsequium eius, creatori suo in pauperibus exhibitum attestans. Ei oranti secundo Christus apparuit, dans ei depromere de latere proprio, magna dona gratię suę. Nam hac uisione diuina consolata, maximis thesauris sapientię, amorisque diuini, se ditatam aduertit, ita ut scripturam sacram, lumine diuino illustrata multò meliùs quàm ante intelligeret, aliterq; & subtiliter etiam de ipso Sanctissimę Trinitatis mysterio differeret. Ex eo quoq; tempore magis ac magis, se obsequio diuino, mancipare uolens modum viuendi feminarum, sub Regula Cano-

nicorum Regularium S. Augustini, quas oblatas, seu tertium  
 gradus vocant, imitari decreuit: quam diligenter obseruans  
 orationis sui abnegationis, aliisque pietatis exercitiis, intenta  
 ad eam perfectionem peruenit, vt cum Deo agens, altę con-  
 emplati oni dedita, sapius à terra in aëra eleuata, lumine  
 immenso circumfusa visa fuerit. Tandem appropinquante vite  
 suę fine, infirmitate correpta ( in qua sapius hæc verba repe-  
 tebat: O quàm multum prodest ad quæuis à Deo impetranda,  
 aduersa valetudo, miseria, & pauperies læta, his qui confi-  
 dunt in Domino ) tertio Christum Dominum, cum multis  
 Angelis, & aliis sanctis sibi apparentem vidit: qui eam his verbis,  
 veni iam ó famula mea in regnum meum, ad se inuitauit. Nec  
 mora disparente visione, Episcopo Heiderico confessorio suo  
 accersito, primum sibi ab eo passionem Domini nostri Iesu  
 Christi legi petiit, deinde viuificis Sacramentis communiri,  
 quibus magna cum deuotione susceptis, omnibus astantibus  
 valēdicens, animam puram in manus creatoris sui commendans  
 læta migravit ad Dominum. Anno Domini, 1260.  
 Etatis suę 40. Die 5. Maii. Corpus eius humeris  
 Sacerdotum, qui plurimi licet non vocati, Dei nutu ad funus  
 celebrandum conuenerant, ad Ecclesiam Chelmzensem ( quę  
 nunc Cathedralis est, tunc Canonicorum Regularium erat )  
 delatum, magno cum honore sepultum fuit, quo tempore  
 plurimis infirmis, claudis, surdis, cæcis, & debilibus, qui  
 benefactrici suę, vltimum obsequium præstituri plangentes  
 conuenerant, DEVS omnipotens, per merita famulę suę  
 Beatę Lutte, sanitatem, gressum, visum, auditum, aliaq; bene-  
 ficia contulit, & in presens opem eius implorantibus conferre  
 solet, ad laudem nominis sui sanctissimi, quod sit benedictum  
 in sæcula, AMEN.

✠

47

VITA BEATÆ DOROTHEÆ,  
viduæ, Pruthenę, ex Ecclesiæ Parochi-  
alis Marieburgensis, antiquissimis  
monimentis, desumpta.

SANCTA DOROTHEA nata est Anno Domini, 1334.  
In villa Montowo, insulæ maioris Quiciensis : Diocesis  
Pomeranię, in Prussia, parentibus honestis, & diuitibus  
pietate in Deum, & liberalitate ingenio claris, à quibus  
optimè educata, Septimo ætatis Anno, magna futurę san-  
ctitatis signa dedit, & licet in illa ætate, modico valde cibo  
semper vteretur, Sabbathiuos tamèn dies, ad honorem Deiparę  
Virginis (quam toto vitę suę tempore speciali cultu venera-  
batur) panem & aquam semel tantum comedens, ad extre-  
mam vsq; senectutem obseruauit. In matrimonium à parenti-  
bus, vni ex ciuibus Quiciensis cinitatis tradita, nihil ex pristino  
deuotionis seruore remisit : defectus suos quotidie (qui  
ob eius viuendi modum, graues esse non poterant) aliquando  
etiam pluries in die, puritatis animi amicissima, Sacerdoti ap-  
probato confitebatur, ita tamen pietati vacabant, vt vocatio-  
ni suę, in curanda re familiari non decisset, in qua cura magis  
Deo, qui eam ad tale vitę genus vocauerat, quam marito suo  
placere desiderabat. Ex attenta considerose Dominicę Passio-  
nis, ad affligendum corpus proprium, licet imbelles, adeo  
seipsam excitabat, tantumque acquirere animi vt illud non  
solum virgis, flagris, tribulis, diuersique generis instrumentis  
sculeatis cederet, sed etiam (quod incredibile dictu videretur,  
nisi scriptis authenticis fulciretur) adhuc à teneris annis, astate  
quidem candelis accensis, ferro candente, aqua feruentissimè  
bullicente

bulliente, pinguedine igne accensa. Verno vero tempore, glacie, ventis, pruina, quibus se intensissimis frigoribus sequentibus exponebat, mirum in modum voluntariè diuexaret. In brachijs, pedibus, tibijs, femoribus diuersa vulnere sibi infligendo ad eum se afflixerat, vt totum corpus, facie & manibus exceptis (quæ ne suas illas tantas corpus voluntarias afflictiones proderet, data opera illæsa reliquerat) scabiosum, faucium, vulneratum, exustum, concussumque haberet. Cùm autem simul cum marito, pio licet & deuoto, conuiujs sapiens eam adesse, iustis de causis necesse esset, clam pedibus suis vulnera infligebat, vt studiosè claudicans, à choreis ducendis, quas multum detestabatur, honestà se excusandi occasionem haberet. Marito orbata, ad mortem vsque in statu viduali viuere decreuit, vt magis Christo placere posset. Quare quidquid in se adhuc veteris Adæ, carnaliumque desideriorum, quæ militant aduersus animam sentiebat, continua sui ipsius victoria, voluntatisque propriæ abnegatione extinguere, & in seruitutem sanctam appetitus suos redigere, & corpus frequenti castigatione, rectè rationi perfectè subiicere conabatur, orationibus vacans, & non solum sua, sed aliena peccata desens. Exemplo aliarum sanctarum faminarum, desiderio visitandi loca sacra accensa, familia domus suæ optimè disposita vili peregrinæ habitu, primùm Aquisgranum Deiparæ Virginis imaginè miraculosa celebrem: deinde Romanam urbem, Apostolorumque principum sepulchra adiit. Anno Domini 1388. tempore Clementis Papæ 7. vbi quotidie 7. Ecclesias, religione sacrisque reliquijs celebres, nudis pedibus, multis cum lachrymis & suspirijs obibat, & postea debilis, & infirma multoque itinere fatigata, summa cum patientia & humilitate, ad Hospitale S. Mariæ quam consolationis vocant diuertens, in suos defectus & quos se commisisse aduertisset animaduertebat. Roma in

patriam cum rediret, Coloniam Agrippinam sepulchris SS. Trinum Regum, & Sanctorum undecem millia virginum celebrem visitans, plurimas afflictiones ex infirmitate, & aduersitates ex persecutione humani generis hostis (quem semper suis orationibus vincebat) forti animo pertulit. Post quas ei Sanctissima Dei Mater, maximo Sanctorum Angelorum & Sanctorum Virginum cætu comitata, visibiliter apparuit, & eam verbis consolatoriis, & planè maternis confortauit. Qua visione Sancta Dorothea, magis ad obsequium Domini incitata, magis quotidie sibi ipsa mori cupiens, seq; ipsam contemnens, vt magis Deo viuere posset, aspera hyeme sola tenui tunica, & humili palliolo utebatur, quo tamen tempore adèò Diuino ardebat amore, vt corpus ipsius, ex magno mentis ardore, abundantanti sudore quasi in medio æstatis difflueret. AEstiuo vero tempore, idem internus mentis ardor, externum calorem superans, solis ardores eam sine molestia perferre faceret. Nuda terra ei orationum contemplationumq; locus; eademq; breuis somni quietisque, idq; lapide capiti supposito erat: Nunquam è templo matutinis horis, etiam grauissimis vrgentibus negotiis, domum reuertebatur, nisi post omnia sacrificia diuinaque officia, quibus magna cum attentione adesse solebat finita, reliquum temporis à meridie, vel in orando pro viuis & defunctis, vel in adeundis Ecclesiis, vel in visitandis languentibus in xenodochiis insumebat. Huic mulieri verè forti, quæ panem otiosa non comedit, die Sanctæ Agathæ Virginis & Martyris post sacram Eucharistiam susceptam, atq; contemplationi deditus, maximum cordis dolorem (qui vix sine speciali auxilio Diuino ferri poterat) patienti, magnaq; cum deuotione suspiranti, sponsus eius Christus, cum Sancta matre sua, plurimisque aliis Sanctis apparuit, cordiq; eius, s. sagittas leniter infigens, dixit: Dorothea filia mea, vt ego pro te, sic tu

promē, dolorem patiare. Qua visione licet perterrita, pronē  
 tamen Christum Dominum adorans, maxima cum exultatione,  
 sacros eius pedes est exosculata. Cuius humilitate & pietate  
 piētissimus Dominus delectatus, illi benedicens, ipse quoque  
 Sacrum eius caput exosculari est dignatus. Cumque dulcissimis  
 colloquiis eiusdem frueretur, extra se quasi raptā, & penē a  
 sensibus alienata, à terra in aere virtute diuina, horarum  
 spacio eleuata visa fuit; ad se deinde reuerfa, per multos dies,  
 admirandam dulcedinem in corde suo, ex iis colloquiis sponsi  
 sui Christi sensit. Tandem liberius securiusque Deo cupiens famu-  
 lari, familia prius disposita, facultates suas ad pia opera ero-  
 gavit, & in ædiculam quam instar sacelli, ad Ecclesiam maio-  
 rem Quiciensis ciuitatis, sibi construi fecerat, terrena omnia  
 contemnens, & caelestibus inhians, ingressa, sponte ibidem se  
 occludi fecit: ex qua cum liber ei pateret in templum prospe-  
 ctus, sacrificia que in eodem templo fiebant, summa cum pie-  
 tate intuebatur. Nec ex eadem sua ædicula (quæ sibi instar  
 magnifici palatii videbatur) voluntarioque illo carcere, in  
 quem se Dei amore incluserat, amplius egredi curans, modico  
 valde cibo, qui ei per fenestram porrigebatur, vitam susten-  
 tans, & in eodem loco ieiuniis & orationibus Deo seruiens, ad  
 extremum vitæ suæ permansit. Spiritu Prophetico à Domino  
 donata, multa variis, mortemque suam plurimis perdixit, &  
 aliorum osculta diuinitus cognouit. Antequam ex hac vita  
 migraret, insigni priuilegio à Domino, cui toto corde serui-  
 erat, exornata est: nam cum morti proxima, ardentissimè  
 Sacrum corpus Domini suscipere desideraret, minusque id aduer-  
 terent ii, quibus eam tali viatico muniendi, cura incumberebat,  
 profunda suspiria, ex intimo cordis affectu trahenti, ipsemet  
 Saluator noster Christus Iesus, cum Sanctissima sua matre  
 apparuit, eamque per eandem fenestram, per quam ipsum

toties in Missæ Sacrificio, sub speciebus panis latehntem adoraverat, ipsemet proprio corpore, sub iisdem speciebus panis refecit: quo illa percepto, non multò post, ad eundem sponsum suum feliciter migravit, Anno Domini 1394. Ætatis suæ 60. Die 11. mensis Septembris. Post mortem labia eius, liquore mirabili & odorifero sudare visa, corpus vero, licet squallidum, macilentum & lividum, suavissimum ex se diffundebat odorem, cuius attactu & odore, plurimi debiles & claudi fuerunt sanati, & cœci receperunt visum. Sepulta est magnò cum honore, in eodem loco, in quo fuit mortua: ad cuius sepulchrum, multi obsessi à Dæmonibus liberati, plurimiq; alia miracula, ad eiusdem inuocationem consecuta: quibus permoti Generales magistri Prusiæ, cum Episcopis & Capitulis in ipsorum Dominio existentibus, nomine totius Ordinis Cruciferorum, à Bonifacio Papa IX. postularunt, ut eam Catalogo Sanctarum mulierum adscriberet. Eius vita, Latine à ducentis, Germanicè a centum & decem octo annis, fusc à variis descripta fuit.

Tu Sancta intercede pro nobis ad Dominum qui te elegit.

## BEATVS MARTINVS BARICZKA.

**B**EATVS MARTINVS Bariczka Polonus Warsaviensis, Sacrarum literarum Doctor, Vicarius & Concionator Ecclesiæ Cathedralis Cracouiensis, vir vitæ integritate, ac scientia Diuinarum & humanarum rerum conspicuus, in disseminando verbo diuino proficuus, zelator veritatis ac reprehensor detestabilium voluptatum. Is solus, cæteris meticulous indeterritus monitor Kasimiri Tertii Regi Poloniæ in plurima vitia, præcipue verò libidinis scortorum, & exactionum ministrorum subditos Regni prolapsi, existens, a Bezenta

Episcopo Cracouiensi cum anathemate ad Regem missus, iussu eiusdem Regis comprehenditur, vinculisque coniectus mox in fluuium Vistulam glacie discissa mergitur, & innocenter suffocatur, Die Ianuarii 8. Anno Domini, 1349. Quod facinus Regis viriq; innocentia & sanctitas, diu latere non potuit. Etenim supra locum vbi vir Dei vndis immersus erat, radii caelestes viscebantur, & cantus Angelicus auditus fuerat, donec resoluta glacie, corpus viri beati fursim altiori loco fluminis quam iniectum fuerat, (quod & stupendum) intactum & integrum, odore suauissimo redolens reperitur, & summo cum honore cleri ac totius populi apud Fratres Augustinianos Eremitas, ad Sanctam Catherinam Casimirię in Capella Beatę Marię Virginis Confraternitatis, quę antiquitus S. Nicolai Tolentini vocatur, conditum est: vbi plurimas consolationes Deus omnipotens populo deuoto intercessione viri beati largitur. Regis verò scelus hæc vltio sequitur, nam pestis atrox post necem viri Dei breui per triennium subsequuta est. Quatuor Prouincię a Ditionibus Russię, nimirum Belzensis, Włodimiriensis, Chelmensis, & Brestensis ammissę, & ipse Rex in festo Natiuitatis B. Marię Virginis, ceruum in venatu persequens, labente inter vepres equo, crure fracto, misere interiit, & nullusq; ex stirpe ipsius vltore Deo amplius in Regnum successit.

P. Martini Laternę Poloni, Societatis Iesu, vitę, foelicisq; mortis, breuis descriptio. Occisus Anno Domini, 1398. Die 30. Septembris.

**D**IVVS MARTINVS LATERNA Roxolanus.  
in oppi-



in oppido Drohobycza, honestis parentibus natus, in iuuenili ætate virtutibus multum addictus, mundo, vanitate eius bene considerata, adolescens adhuc valedixit: in Societatemq; IESV, Anno Domini 1571. ingressus, in literis vsq; ad eo perfecit, vt titulo Doctoris Sacræ Theologiæ, publicè in Vilnensi, eiusdem Societatis Academia insignitus, apud Stephanum primum & Sigismundum tertium Poloniæ Reges, concionatoris munere, multos per annos, magna cum laude fuerit perfusus. At in virtutibus, præcipuis hominis religiosi ornamentis profectus eius, multò maior fuit, maximeq; in omnium virtutum Regina charitate, nam diu noctuque non cessabat, orationibus, vitæ integritate, ingenii dexteritate, morumq; comitate, Ecclesiæ Dei bonum promouere, in oppugnandis Hæreticis acer, in promouenda Religione Catholica assiduus & fœlix. Omni conatu totisq; viribus satagens, vt quam plurimos, Christo Domino, è cœno errorum & peccatorum extrahere posset. Quare neq; concionibus habendis (quas interdum binas eodem mane habebat) neque confessionibus (quas communiter iisdem etiam diebus, quibus concionabatur, non solum eorum qui recte valebant, sed interdum etiam infirmorum domos eorum visitans excipiebat) audiendis, vnquam defatigabatur, nulli labori parcens, dummodò opera ipsius, peccator aliquis, ad meliorem frugem conuerteretur. Porro plures suis piis laboribus iuuare, & non solum viuens sed etiam mortuus, in toto Poloniæ Regno, proximis ad salutem prodesse desiderans: magno studio & labore librum precatationum, non magis piè quàm doctè & eruditè sermone Polonico à se scriptum edidit, in quo non solum precatationes variæ, è SS. Patribus piisq; recentiorum Catholicorum libellis concinnatæ, sed etiam instructiones multiplices, de rebus ad Religionem Catholicam spectantibus, nostro tempore contro-

uerſis, doctriſque Sanctorum Patrum Hæreticis noſtri ſeculi contrariæ continentur, cuius titulum fecit. Cythara vel Decachordon ſpirituale. Demum in Sueciam, cum Sigifmundo Tertio Poloniæ Rege profectus, vt genti Poloniæ, non ſolum domi, ſed etiam foris, doctrina & exemplo, in rebus ad animi ſalutem pertinentibus inferuaret; ex nauigationis moleſtis, morbum contraxit, & ſuadente medico in Poloniam rediens, capta à Suecis Hæreticis, militibus claſſis Caroli Sudermanniæ Ducis, Religionis Catholicæ Societatisq; IEſu hoſtibus in feſtiſſimis nauis, qua vehebatur, dum Catholicos nauigationis comites, quibus Hæretici (ſerione, an ad terrorem tantum incutiendum incertum) mortem minabantur, niſi Eccleſiæ Catholicæ, ſummoq; Pontifici renunciarent, ad Religionis conſtantiam, exempla Sanctorum Adalberti & Staniflai proſide, Eccleſiæq; libertate occiſorum, allegando adhortatur, truncatus manibus, in mare proiectus ac ſubmerſus, ad palmam Martyrii euolauit. Anno Domini 1598. Die 30. Menſis Septembris. Reliquos qui ſecum erant ſua morte à periculo liberañs; nam ipſo in mare deturbato, rabies Hæreticorum infana conquieſcit, & aliis vitam donauit.

Hic poſtea, nobili & pio viro Laurentio Bienczoſki Polono, annum fere trigefimum ſeptimum ætatis ſuæ agenti, cuius magnam beneuolentiam, nauigando ex Suecia in Poloniam, in ſua illa infirma, de qua ſuperius dictum eſt valetudine, in nauis expertus fuerat, captiuo apud Tartaros, (qui cum poſt eius ex Suecia in patriam reditum, multis cum aliis illorum reſiſtente incurſionibus ex Podolia; captum abduxerant) & vinclis quibus manus retro, pedibus alligati erant, conſtricto, ex ligno que quodam ſubtus fovea facta ſuſpenſo; Diuinam opem per merita alicuius ſancti Poloni pie in bello mortui, in tanta calamitate imploranti, luce mira circumſuſus;  
& à quatu-

& à quatuor candidissimis equis, pulcherrimo curru super mari vectus apparuit, ante crepusculum matutinum diei 7. Iunii, Anno Domini 1602. interrogans an se nosset, cui affirmatiuè respondenti, & quid sibi vellet, talis post mortem super mari triumphus postulanti, inquit, præmia hæc significant, quæ in cælo accepi laborum, quibus pro salute animarum, inter fluctus vitæ mortalis, in nauis Apostolica Petri perfun-ctus sum: quatuor quos vides equi, eandem laborum, in expo-nendis quatuor Euangelistarum scriptis, quatuor item Docto-rum Ecclesiæ doctrina promouenda, à me susceptorum, merce-dem denotant: sed tu dic aie, liberarine vis vinculis, quibus constrictus es captiuitateq; qua teneris? Quòd cum Laurenti-us affirmasset, ab eodem B. Martino Laterna, loca sacra Cra-coniæ, & Romæ, inuisere iussus: illico vinculis sua sponte solu-tis, ingenti sane miraculo tempore superius dicto, repente in campo Russiæ 50. circiter Leucis, à Tartarorum castris, vbi vinc-tus fuerat dis-sito, non procul à Ciuitate Leopoliensi adfuit. Nesciens autem, an verum esset, quod fiebat, & putans se (quod & olim Sancto Petro, in Actis Apostolorum accidisse legimus) visum videre (erat enim quasi leui somno dum hæc agerentur correptus nihilque præter quendam sonitum, dum per tanta terrarum spacia, diuina virtute transferretur audire vi-sus sibi fuerat) seipsū excitando, de rei veritate adhuc dubitans, vellicabat, sed cum illucescente aurora, liberum se re vera, in illiq; locis constitutum, vinclaque ad pedes iacentia aduertisset, socios quoq; captiuitatis quatuor Polonos, qui 4. ante diebus, ex eadem captiuitate clam fugerant, iter per eundem campum facientes vidisset: immensis Deo suoq; liberatori B. Martino La-ternæ gratias actis, Craconiam & Romam pietatis causa, vt iussus fuerat, visitauit: remq; totam ipsemet Confessario suo, B. do Pa-tri Matthæo Pakost Polono, Societatis Iesu Presbytero, ac Sedis

Apostol.


Apostolicę in templo S. Petri, Romę, Pœnitentiario, non semel cum iuramento, & constanter narrauit, asseuerauitq; quàm etiam Illustri & admodum R. do Dño Fabiano Konopacki, Decano Polesianienſi, & Clementis VIII. Summo Pont. Cubiculario: & mihi Martino Baronio Iaroslauienſi Clerico authori, non solum Romę, sed etiam Cracouię, aliisq; non paucis retulit: adiungens sibi in votis esse Sacrã Hierosolymorũ urbem inuisere. Huius miraculi extat etiam imago, Romę cum priuilegio Summi Pontificis, per Iacobum Laurum, Año Dñi, 1607. excussa, & Alexandro Archiepiscopo Eborensi, vni ex Primatibus Lusitanie regni dicata. Fama quoq; est, eundem B. Laternam nautis in mari periclitantibus, & metu proximę mortis, vota Deiparę Virgini Częstochonicę: nuncupantibus in aere apparuisse, incolumitatemq; magno illorum solatio prædixisse, precibus suis tempestatem sedasse, & se Martinum esse Laternam asserendo, ad vota nuncupata Deiparę persoluenda adhortatum fuisse, Anno Dñi, 1603. 27. Sept. De corpore quoque eius in littore iuuento, aliqua dicantur; sed cum de re hac, nihil adhuc certi habeam, ad præsens tacere de eadem malo. Tu his quę breuiter, de tanto viro scripta sunt, beneuole lector, contentus esto eaque boni consule Deumq; lauda, in cuius conspectu preciosa est mors Sanctorum eius, Ipsi honor in secula, A M E N.

## A V T H O R L E C T O R I.

**A**quum mihi visum est, beneuole lector, ne reliquum quod supersuerat chartę, vacuum in libello hoc remaneres, Martyrium B. Martini Laternę, quem Deus nostra etate, huic Polonię Regno, inter reliquos pietate & literis illustres, in decus & ornamentum dederat, subiungere: vt Martinus Martini, Roxolanusq; Roxolani, vite integritatem, fœlicemq; mortem, omnibus ante oculos ponens, mee deuotioni, in Diuum meum cognominem, simulq; tutelarem (quantum pro nunc licet) sacerem satis, & omnibus hæc legentibus, Deum laudandi qui in veris seruis suis, semper est mirabilis, nouam materiam ministrarem.

F I N I S.

8941  
a



945

8941  
a

